


2<sup>a</sup> 12-3-28-


**BIBLIOTECA**

DE LA

Universidad de Salamanca.


Est. 12. Caj. 3 Núm. 16





da, vi nge  
a deferit ad  
atio, & lon-  
su, qui

ip-  
onē,  
chrā  
debi  
num



Num. 22. cap. 7. num. 1.




I  
00354

1. 18609612

18609612





LEONARDI ARETINI DE BELLO  
ITALICO ADVERSVS GOTHOS

**S**ISI LONGE IOCVNDIVS  
mibi fuisset Italię felicitatē q̄ clades  
referre : tñ quia tempora sic tulerunt  
sequemur & nos fortune mutabilita-  
tem. Gothorumq; inuasionem & bellū  
quo Italia tota p̄ne euerfa fuit: in his  
libris describemus. Dolorosam p̄fecto materiam: sed  
pro cognitione illorum temporum necessariam. Neq;  
enim Xenofontē Atheniensem summo ingenio uirū  
cum obsidionem & famem ac diruta menia Athenarū  
descripsit non dolenter id fecisse reor: Scripsit tamen  
quia utile putabat illarū rerum memoriā non deperire.  
Neq; Linius noster: cū urbem Romā a Gallis captam  
& incendiis conflagradā refert: minorē meretur laudē  
q̄ cum P. Emiliū triumphum illū p̄clarum de Mace-  
donibus. aut P. Africani uictorias enarrat. Historie  
quippe est: tam prosperas q̄ aduersas res monumentis  
litterarum mandare. Itaq; optanda quidē meliora sunt  
Scribenda uero quecunq; contingerint. Me certe hęc  
ipsa scribētem quanq̄ multa pro singulari amore meo  
erga patriā conturbant: tamen illa ratio consolatur q̄  
et si res tunc maxime aduersas Italia perpeffa fuit ad  
extremū tamē superatrix externarū gētū nostrarū ad  
usq; etatē terra mariq; potētissima remansit: Ciuitatesq;  
in ea ornatissime magnis opibus magnaq; auctoritate  
uiguerūt hactenus: hodieq; uigent quarum gloria et



imperium longe lateque extenditur: ut non tam ingemiscendum sit pro his que tunc acciderunt quam letandum. Ceu Herculem magni labores celebratiorem fecere quam si nunquam tam periculose laborasset: Taceo mox elegantiam humanitatemque precipuam: ac bonarum artium disciplinas. In quibus parens simul & alumna incomparabilis Italia reperitur. Sed commendationis aliud fuerit tempus. Huius autem belli quod nunc scripturi sumus nulla apud Latinos noticia superat: fama tantummodo quedam & ea ipsa tenuis admodum & obscura ferebatur. Bellisariū & Narsetem Iustiniani duces Gothos Italia pepulisse: Vbi uero uel quomodo uel quibus rebus gestis nihil penitus sciebatur. Nobis autem ex Græcorum commentariis earum rerum noticia fuit. Itaque ut alia satis multa: sic etiam hæc iam plane oblitterata ad cognitionem nostrorum hominum reducere studuimus. Atque eo libentius fecimus quod ceteræ quidem historie de alienis rebus fere existunt. Hæc autem tota de nostris est. In qua operepretium fuerit: que tunc per Italiam urbes: qui populi: que conditio rerum esset: cognoscere: que obsesse urbes: que expugnate ac uicte: & quibus in locis prælia commissa. Hæc enim omnia & scire pulcherrimum est: & ignorare turpissimum. Diligentis siquidem uiri est patrie sue originem & progressum et quecumque illi per superiora tempora contigerint non ignorare. Habet præterea historie cognitio uoluptatem animi permaximam: cum omnes natura scire concupiscant: & utilitatem plurimam per exempla similium ceptorum atque exituum multarum rerum instructionem: qua senes adolescentibus sapientiores existimantur: quoniam plura

conspexerunt in uita: et non ex suis tantum uerum etiam ex alienis periculis cautiores effecti melius iudicant: melioraque consilia assumunt. Opes uero atque imperia maximorum regum potentissimorumque populorum qui usque adeo faciliter corruisse leguntur: hi qui stultum sit intelligunt pro illis supbire ac gloriari que nemo exploratum habere potest usque ad uesperas esse duratura. Ita & sapientiores & modestiores nos historia efficit. Ego igitur reuerendissime pater hos libros ad te mittere constitui ut & amorem meum erga te precipuum recognoscas: & iudex existas laborum nostrorum: quos ita demum recte suscepisse putabo: si a te homine doctissimo ac sapientissimo probabuntur: Principium uero narrandi hinc potissimum assumemus.

**Z**ENONE Romano principe imperante Gothi Theoderico duce inuadere Italiam statuerunt iam pridem afflictam uariis Barbarorum incursionibus & tunc Odoacri tyrannide occupatam. quibus de rebus dicere aggrediemur: paulo superius conditorem illorum temporum repetentes: ut unde ortus sit Gothorum aduentus: & quibus de causis spem inuadendi susceperint: innotescat. Post Valentinianus junioris mortem quem Romæ interfectum a suis constat: occidentale imperium facillare cepit: & quodammodo exinaniri. Erant uero per id tempus in Italia permagne externarum gentium copie aduersus terrorem Attilæ nuper a Valentiniano comparate: & postea contra Vandalos a romanis adiuncte. Hi cum afflictas opes ac facillationem imperii uiderent audaciam exinde sumentes ac simul conspirantes

Zeno Romanus

Valentinianus



partem agrorum terciā sibi per Italiam tribui postularūt.  
Nomen imperii ad Augustulum quendam Romanū  
per id tempus deuenerat: qui cum esset admodū puer  
ab Horeste patritio eius patre gubernabat: Cum igit  
partem agrorū exercitus deposceret. Horestes autem  
uir prudens & grauis cum eorū desiderio refragaretur:  
militēs eum interfecerunt. Moxq; Odoacrum ducem  
secuti Romam uenientes Augustulum deposuerunt.  
Ipsiq; iam plane dominantes partem agrorum terciā  
sibi diuiserunt. Odoacer igitur per hunc modum do-  
minationem adeptus suo & exercitus nomine ciuitates  
pro libedine gubernabat. zeno autem Constantinopoli  
imperans ualde suspectam habere cepit Theoderici  
potentiam. Gothi enim per superiora Thracie loca de-  
gentes uexare iam ceperāt uicinas regiones: ac minime  
quieturi aduersus Romanum imperium uidebantur.  
Itaq; quo se ac regiones finitimas Gothorum metu  
liberaret: Theoderico suasi ut in Italiā transiret & ab  
iniustus occupatoribus ciuitates uēdicaret. His ergo de  
causis ex Thracia mouens Theodericus Gothos cum  
cōiugibus & liberis cunq; oībus rebus suis per Siriniū  
& Illiricum aliasq; regiones ducens Italiam petiit: quā  
cum tandē ingressus esset: Odoacri duces & copie sibi  
obuiam fuere. Primūq; inter eos prelium fuit non pcul  
Aquileia super Sontū Amnē: In quo post accerrimā  
pugnam uictores Gothi Odoacri duces profligarunt.  
Post hęc cum urbes circumstantes Gothi cepissent &  
copias hostium aliis locis pfligassent: tandem in urbe  
Rauēna Odoacrum obsederunt. Hęc obsidio longius

Augustulus imperator.

Odoacer imperator dux.

uictus gothos in italia  
Theodericus gothus.

remorata est Gothos q̄ ipsi ab initio existimarāt. Idq;  
accidit natura loci q̄ neq; a mari faciliter obsideri  
Rauenna potest cū sit in ipso littore constituta: neq;  
a mediterranea regione cum fossam habeat ex Pado  
deriuatā ac stagnis quibusdā & paludibus cohartetur  
Itaq; Gothi triennio ferme toto circa illam cōmorati  
capere nequuerunt. Finitima tñ Rauennę opida per  
hoc ipsum tempus ceperunt omnia preter Cesenam:  
quę & ipsa ualido Odoacri prelium tenebatur. Ad  
extremū uero fatigatis obsidētibus & obsessis pacti-  
one res cōposita fuit ut Theodericus simul Odoacereq;  
socii dominationis essent. His pactis Theodericus &  
Gothi Rauennam intrarunt: nec post hac ulle partes  
Italie illi clausę fuerunt: Verū hęc regni societas nō  
diuturna permanlit. Cum enim occultas inter se sus-  
pitiones haberent: preueniēs Theodericus Odoacrū  
ad cenam inuitatum occidit: solu scq; cum Gothis per  
Italiam dominatur. Fuit autem eius dominatio non  
admodū dura et si partē agrorum ut nuper Odoacer  
diuiserat: pro suis retinuit. Ceterum ciuitates per se  
ipsas: ac per ciues suos gubernari permisit. Ipse uero  
sedem regni Rauennę constituit ibiq; inhabitauit.  
Septē & triginta ānis Theodericus in Italia regnauit.  
Nec tamen interea segnis ociosulq; permanlit. Nam  
& Siciliam totam cum omnibus adiacentibus insulis  
regno adiunxit & Dalmatiam quoq; sibi subditam  
fecit. Quinetiam per hęc ipsa tempora magno cum  
exercitu Alpes Rhodanūq; transgressus in ulteriore  
Galliam contra Francos transiuit. Itaq; multa gessit

Theodericus 37 annis  
italia regnauit go





hic rex: fuitq; nomen eius admodum celebre ac glo-  
riosum nisi q̄ extremo tēpore crudelitatis & sceleris  
infamiam subiit ob Symacum & Boetium senatores  
urbis Romę & alios quosdā prestātes uiros ab eo ne-  
tos suspitiōe dūtaxat affectate libertatis: Theoderico  
rege sine uirili prole defuncto Amulufuenta filia  
tūc uidua existens cū Athalarico eius nato in regno  
succeedit. Erat uero Athalaricus admodū puer Itaq;  
cura ac gubernatio tota regine incumbebat. Statim  
igitur regina pueri curam suscipiens litteris latinis  
erudiendū & moribus formādū curauit. Preceptores  
enim litterarum & quosdam ex Gothorū senioribus  
homines grauissimos & compositos circa puerum esse  
iusserat Ipsa uero seuerē admodum gubernationem  
exercebat: prohibens Gothorū iniurias nōnulla etiam  
Theoderici facta retractans & ad mitiorem formam  
reducēs: iter quē & illud fuit quod Boetii ac Symachi  
filiis patrimonia dudū a Theoderico publicata resti-  
tuit: asserens eos falsis delationibus ac temere a rege  
creditis fuisse damnatos. Theodatū uero consobrinū  
suum qui magnas intuscis possessiones habens multa  
uicinarū prędia quasi per tyrannidem occupauerat:  
ad restitutionē ablatoy facieudā cū acerba increpa-  
tione malignitatis coegit. Hęc regine seueritas multos  
Gothorū sibi inimicos reddidit. Itaq; simul cōspirātes  
q̄dam Gothorū proceres fouere puerū cōtra potentiā  
matris statuerunt: Quare ad reginam uenientes non  
placere Gothis dixerunt: ut rex eoy sub magistris ac  
p̄ceptoribus uiuat: nec ut senioribus traditus obtēpet

Symachus  
Boetius

Athalaricus cū matre  
adua fecit Thodo.  
Amulufuenta

decere magnū regē equos & arma: & iuenū exercitia  
non seniorum frigiditatē aut magistrorū sedulitatem  
meditari. His enī & corpus & aīm regis effeminari:  
illis autē uigorem & peritiā crescere. Non enī factū  
esse regem ut disciplina litterarū populos doceat: sed  
ut bello & armis potentiā extollat. Hęc et si reginam  
non latebat quorsum tenderent tñ ne refragari eorū  
postulationi uideretur cōcessit: Adolescensq; equaliū  
conuersationi traditus breui admodū tēpore in lasci-  
uiorē uitā scortaq; & libedines ac cęteras huiusmodi  
uoluptates transuectus est. Matri uero usq; adeo re-  
pugnans & aduersus propter malos suos ut neq;  
adire illam neq; alloqui dignaretur. Regina igitur cū  
se per has artes ab aduersariis oppugnari ac regno  
spoliari uideret: non tulit dolorem ingentis speritus  
femina. Sed tres Gothorum proceres qui auctores  
suosoresq; malorū consilioy pūero erant missis clam  
percussoribus occidi fecit. Ipsa uero adolescente sibi  
recōciliato gubernationē resumpsit. Sed Athalaricus  
ex superiori uitę lasciuia in uarias egrotationes plapsus  
decimo octauo etatis āno defunctus est Regnauit autē  
Athalaricus una cum matre post Theoderici mortē  
annis decē. Regina uero post obitū filii cōmodius sibi  
processurā gubernationē arbitrata si sociū & adiutorē  
aliquē haberet: Theodatū cōsobrinū suū cuius supra  
mentionē fecimus in consortiū regni assumpsit. Erat  
autem Theodatus litteris gręcis latinisq; liberaliter  
eruditus multaq; Platoni operā & philosophię ipen-  
derat. Cęterū natura imbecillis & inconstans multis

Athalaricus 10 a  
regnauit i ital  
Amulufuenta ma  
larici cū Thodo  
brino postea regn



uiciis laborabat. Is ergo ad regnum beneficio regine assumtus statim ingratitude ac perfidiam ostendit. Secreto enim cū inimicis regine conspirans eā cepit captāq; in Vulsiniū lacus insulā relegauit. Nec multo post p filios agnatosq; eorū quos regina ī seditione filii occidi fecerat: ut ipsa interficeretur pmisit. Hęc tāta perfidia ac malignitas Theodati multos Gothorum turbauit casumq; regine indignū & successionē Theoderici tam nepharie deletam miserabant nec multū a seditione aberant Gothi. Quę cū intellexisset Iustinianus īperator: ad hunc enī post zenonē & Anastasium & Iustinū deuenerat imperiū: tempus ydoneum ratus Italie liberāde mentem & cogitationē suam ad has partes cōuertit. Inuitabat insuper eū prosperitas imperii q̄ pauloate per Belisariū ducē superatis bello Vandalis Africam illis abstulerat. Nec ferendū iam sibi uidebatur ut cont̄ decus īperii Romani & Italiā occupari a Barbaris pateret. His rationibus p̄motus oratoribus ad Theodatum missis restitui sibi Italiā & Siciliā postulauit offerēs in huius rei cōpensationē alias dignitates. Quod si nō faceret bellū ut expectaret edixit: Ea cum Theodatus detrectare uideretur non ultra cuntandū ratus imperator Bellisarium in Siciliam transire cū exercitu iussit. In apparatu tamē faciendo non in Siciliam sed in Africam missurum se classē simulabat. Per idē quoq; tempus Mundū quendā ducem cum aliis copiis Dalmatiā inuadere mandauit: ut hinc inde percussī Gothi facilius opprimerentur. Et Mūdus quidem Dalmatiam ingressus

*Iustinianus īperator  
post Zenonē & Anastasium  
Iustinū*

*Bellisarius dux Iustini  
ianus īperatoris.*

*Mūdus dux aliorū.*

Salonas occupauit: belloq; & tumultu partes illas inuoluit. Belisarius autē parata classe militibusq; īpositis ī Siciliā nauigauit. Habebat uero peditū delectoꝝ copias satis magnas: & insuper equites eadem classe portabātur. Pręerant pedestribus copiis Constantinus & Bessas & Herodianus: equitibus autē Valentinus & Innocentius & Magnus oīm uero dux & moderator Belisarius. Secutus ergo Iustiniani preceptum cū se cartaginē petere simularēt: Sicilię per uiam applicuit. Et q̄si reficiēdi sui causa in his locis descendit. Sumptoq; exinde tēpore ydoneo Catinā urbē repēte adortus occupauit. Inde mox copias ostētans ac p̄positum aperiens non multos post dies siracusas dedentibus sese ciuibus suscepit. Post hęc mirabilis fuit uictorię cursus dedentibus sese ciuitatibus atq; ultro uocantibus. Causa uero huius erat siculorū ī Gothos odiū & īperii Romani auctoritas & Belisarii pręsentia: Qui cū a Vandalis Africā liberasset: idē facturus de Gothis per Siciliā & Italiam sperabatur. Pręterea Gothi nullos per Siciliā apparatus fecerant: nec ibi futurū esse bellū putabant. Itaq; quicunq; per Siciliā erāt Gothi: subita Belisarii inuasiōe ac defectione ciuitatum attoniti de fuga magisq; de resistētia cogitarunt. Panormus sola qm̄ in ea urbe ualidum Gothoꝝ erat pręsidiū obsidionē expectauit & ptulit. Quę cū a terra munitissima esset hostesq; cōtemneret classe in portu delata maritādē expugnata est. Portus enim usq; ad mēnia patebat: animaduersumq; fuerat a Belisario q̄busdam in locis malorū nauiū altitudinē



cellius attolli q̄ menia Quare sagittarii per malos dispositi subiectos hostes sagittis & telis undiq; ferientes menia defensoribus nudauerāt: aliq; subeuntes absq; ullo metu muros cedebāt quo periculo adducti hostes urbem dederunt. Hęc ciuitas ultima cunctarū Sicilię ciuitatū in potestātē deuenit: Recepta Panormo Belisarius Siraculas reuersus ludos magnificos edidit: ac numisma in multitudinē dispersit. Erat enī extrema consulatus sui dies: qui consulatus sibi traditus fuerat ob honorē uictorię cont̄ Vandalos parte adeoq; fortunā habuerat fauētē ut extrema cōsulatus die Siciliā uniuersam ad superiores uictorias repta sit addidisse: In Sicilia quidem in hunc modum res pcesserāt: in Dalmacia uero cōtractis magnis copiis ad urbē Salonas duxerunt. Cumq; in p̄p̄inquo essent & bellum hinc inde gereretur: pugna tandē cōmittit̄ non ex̄parato sed p̄ter expectationē utriusq; exercitus: Causa uero pungnandi in hunc modum fuit. Mauricius erat mūdi ducis filius: adolescēs egregius ac manu p̄mptus: Is partē equitatus hñs speculatū ierat Gothoꝝ castra. Huic fortuna quadam hostium equitatus obuiā fuit. Cum sese mutuo conspexissent: nulla fuit mora quā p̄liū cōmitteret. Pugnatūq; est aliquādiu ita uehementer ut enixius fieri nil posset. Prestantesq; Gothoꝝ p̄multi in eo p̄lio occiderūt: & Mauricius ipse ad extremū occubuit. Senferāt utraq; castra p̄liū cōmitti & utriq; suis opē ferre p̄perabāt. In uia dum esset mūdus interitū filii cognouit. Tūc homo natura uehemēs & bellicosus q̄si rabie q̄dam

in hostes defertur. Aduenerāt inter hęc oēs Gothoꝝ copie: ac totis castris hinc inde certabatur. Pugna fuit cruētissima & asperrima. Tandē fracti Gothi magna suorū cede in fugā uertunt. Sed mundus īfaciabiliter dum Gothos cedit: ac p̄fligatos longius ira ac dolore amissi filii p̄sequitur: in sua ipse uictoria a fugiētibus hostibus occidit: Ita uindicta filii supra modū exercitata patri in super interitū cumulauit. Post hoc p̄lium utriq; exercitus discessere. Nam & Gothi profligati cōsistere in his locis ausi nō sunt: & Iustiniani milites ob mortē ducis cōterriti relictis Salonis retro abierūt. Non silebo in hoc loco quod scriptū est a non nullis auctoribus. Sibille dicunt fuisse carmina uetustissima in quibus significabatur cum Africa recepta iterum a Romanis foret: tūc mūdū cū ple sua esse periturū. hoc Sibille fatidiniū multos mortales cōterritis sollicitos ne celū & terra cum uiuersis hominibus periret. Tunc autem Africa sup̄iori bello uirtute Belisarii recepta huius ducis ac filii interitum fuisse p̄dictum a Sibilla apparuit adeo cūcta uaticinia iuoluta ambagibus sunt. Post mortem huius ducis ac discessum exercitus Gothi per Dalmaciā plus posse ceperunt. Grippa siquidē unus ex Gothoꝝ proceribus resecto confestim exercitu Salonas urbē & quicquid prius cepat mūdus per ea loca recuperauit: multoq; sup̄ior Gothoꝝ res per eas partes uidebat. Theodatoq; regi animus creuit: ut iā cōfideret bello se uel parem uel sup̄iorē futurū. Iustinianus uero cū hęc quę in Dalmacia gesta fuerāt cognouisset. Constantianū quēdam

Mundus dux

Sibille

Constantianus



ex Aulicis suis bello Dalmatico p̄fecit. Et simul ad Belisarium scripsit ne cunctaretur in Italiã transire. Constancianus igit̄ refecto exercitu: classēq; affatim structa cū aliquod tempus in his conficiēdis Dirachii cōmoratus esset: tandē inde mouens Epydaurū nauigauit. Erant Epydauri exploratores quidã a Grippa submissi qui cum uiderēt Constāiani classē iuxta littus nauigantē multitudine nauiū & structura egregiam confestim ad Grippā reuersi rem p̄se magnam etiã magnificētius extulerūt. Quibus auditis Grippa incertus consilii esse cepit. Nam & pugna decernere aduersus tãtas uires p̄nitiosum ac temerariū arbit̄bat̄ & includere se Salonis non satis confidebat: ciuibus suspectis & mēnibus eius oppidi quibusdam in locis uetustate collapsis: mari etiã p̄ualētibus hostibus cito se ad inopiã cōmēatus redigi posse formidabat. His curis anxius tandē quod potissimū in difficultatibus uisum est: cōsilium capit. Salonis egredit̄ cū omnibus copiis: & aliquātō p̄fectus castra loco ydoneo cōmuniuit. Inter hęc Constāianus cū tota classe Lisnam puenit. Ibi cū ea q̄ facta erāt cognouisset ad p̄ximū littus nauigauit: militibusq; expositis quingētos eorū premisit: ac fauces angustosq; aditus qui non longe Salonis absunt: per noctem occupare iussit. Id factū cū esset ipse postridie exercitū oēm Salonis admouit: ac nullo negotio urbē recepit. Id cū Grippa itellexisset paucis diebus circa ea loca moratus abire cōstituit. Atq; ita Rauennā mari delatus Dalmatiã & Liburniam penitus dereliquit: quę statī nullo iã repugnāte

in Constantiani manus deuenere. Belisarius autem litteris Iustiniani acceptis cū sibi in Italiã trāseundū esset: militū p̄sidio Siraculis & Panormi relicto ipse cum reliquis copiis Messanā petiit. Atq; ibi traiecto freto Regium uenit. Inde per Bruttios & Lucanos pedestri itinere exercitū duxit. Classis uero ut p̄littus inferi maris q̄ p̄ se nauigaret edixit. Dum iter facit frequentes eorū locoꝝ populi ad illū defecerūt. Profectus per hūc modū aliquot dieꝝ iter tandē ad Neapolim constitit: quę urbs magna ac ualida Gothorum p̄sidio tenebat̄. Ac statī Belisarius classē in portu ext̄ teli iastū ad ancorā stare iussit. Ipse autē admotis prope urbem copiis situm urbis ac naturā loci a terra specularat̄. Nec multo post arcē muītā in suburbano existentē p̄actione cepit. Inde cum obsidionē pararet uenerunt ad eū Neapolitanorū legati. In quibus erat Stephanus quidam Neapolitanus uir & auctoritate inter suos & cōsilio prestās. Is hęc ferme dixit. Non recte facere Belisarium q̄ Neapolitanis nulla prius iniuria laceffitus bellū inferat. Se q̄dem urbē icolere Teodati & Gothorū p̄sidiis costoditam. Itaq; nihil sperare a Neapolitanis eum posse ut pote in aliorum potestate constitutis. Quin etiam si fas sit dicere non bono cōsilio illic frustra morari. Si enim iquit Romā habueris Neapolim quoq; habebis. Sin uero Roma excluderis ne si Neapolim habeas eā retinebis. Itaq; Romā aduersum Gothos qui ibi sunt: tibi ducendū fuit: non Neapoli cōmorandū: quę ut cūq; res cadēt sit accessio futura. Ad hoc Belisarius respōdit. Vtrū



bono uel malo consilio circa Neapolim commoretur: non esse Neapolitanorum sibi prescribere. Neque enim eorum sententiam super hoc sciscitari. Quae uero ad eos pertinet cogitare eos debere? Vtrum prestet exercitum imperatoris Romani pro salute ac libertate propria recipere? an in seruitute Barbarorum permanentes merito oppugnari ac deleri. Se quidem nisi recepta urbe non esse abiturum. Cupere uero sine pernicie eorum potius quam cum pernicie urbe potiri haec palam. Secreto autem Stephanum comonefecit ut beniuolentiam potius & gratiam imperatoris quam indignationem promereri ciues suos adhortetur. Legati igitur in urbem reuersi Belisarii uerba retulere: cumque de his rebus consultaretur: rogatus sententiam Stephanus nimium sibi periculosum uideri inquit: tantam belli molem in se ipsos Neapolitanos suscipere: proinde pactioe aliqua saluti suae prouidendum esse censebat. Adiuuabat quoque hanc ipsam sententiam Anthiocus quidam genere Sirus: longo tempore Neapoli mercature gracia commoratus homo diues: ac magne apud Neapolitanos fidei: hic eadem suades quae Stephanus censerat multos promouerat. Populus quoque ac multitudo urbana eadem cupiebat. Itaque uoces audiebant aperte dicentium portas Belisario esse aperiendas. Gothi erant in presidio circiter octingentis. Qui quamquam grauiter ista ferrent: tamen aduersus populi uoluntatem repugnare non ausi se ipsos contraxerant. Pastor & Asclepiodotus erant Neapolitani imprimis Gothorum amici & qui presentem ciuitatis statum mutari promolestere ferrent: Hi conspecta populi uoluntate aperte refragari non audientes transuersa

quidam uia impedire conuentionem aggressi sunt. Quapropter eadem illa quae ceteri in conuentione laudantes pactis ac iureiurando multa cauendum esse suaserunt: Erant uero talia quae non putabant Belisarium esse concessurum praesertim cum de his obseruandis iusiurandum ab eo peteret: Visi igitur pro beniuolentia populi illa dicere decretum in eorum sententia fieri obtinuerunt. Cunctaque in libellum diligenter redacta Stephanus a ciuitate missus Belisario detulit: Qui cum illa legisset singula postulatorum capita benigne probauit: ac iusiurandum suum obtulit pro his obseruandis. Stephanus igitur in urbem reuersus haec retulit: Populus autem letitia affectus discursari iam ad portas Belisariumque in urbem uocari debere clamitabat. Haec igitur aspicientes pastor & Asclepiodotus quam prime illorum artes non precedebant Gothos simul ac Neapolitanos ciues suae factionis in unum conuocant: docent stultum esse arbitrio multitudinis imperite ciuitatem perdere. Quis enim non intelligat si Belisarius capiende urbis fiduciam haberet ullam: postulata quae ad illum missus nunquam fuisse concessurum. Nunc autem omni destitutus spe ea consentit quae seruaturus non est: quo nos perditores periculo nostro faciat. Nam si beniuolentia quam praedicat teneretur: non hic manens in fraudem nos impelleret: sed ultra progressus contra Theodatum & Gothos praelio decerneret. Haec & huiusmodi suadentes ad repugnandum hortati sunt: & Gothi animos addiderunt ad urbem defendendam. Iudeos insuper quorum magna Neapoli multitudo erat armauerunt: ac sibi coniunxerunt. Quibus rebus deterriti

Magna multitudo  
neapoli.



ciues colloquia Belisarii omnemq; cōventionū spem  
interruperūt. Ille igit post hac ad bellum se cōparauit  
sepiusq; expugnatione tētata magno suorum militum  
detrimēto depellitur. Mēnia enim Neapolis partim  
mari circūdant: partim locis arduis saltuosisq; existūt  
aditusq; difficilimos puadētibus habēt. Aqueductus  
uero qui aquā in urbē deferebat: licet a Belisario reci-  
sus fuisset: tamē nō multū obfessis nocere uidebatur:  
propterea q; pluribus in locis puteos habebant ut de-  
esse illis aquā non posset. Maxima uero detinebātur  
spe auxilii uēturi qm̄ missis Romam nūtiis opē ferri  
sibi aduersus hostes postularāt. Cum esset Belisarius  
exigua spe: ac de omittēda obsidiōe cogitaret: fortuna  
mirabiliter sibi uia aperuit. Aqueductus erat solo in-  
cusus per quē aqua in urbē ferebatur. Hunc ab initio  
obsidionis Belisarius ut supra diximus interruperat.  
Per eum miles quidā Isauricus forte ingressus usq;  
ad mēnia urbis penetrauerat. Erat uero in ea parte q;  
mēnibus inferebat petra non manu posita sed natura  
Per quā pforatā aqua in urbē transibat. Magnitudo  
autem foraminis non tanta erat: ut uir ingredi posset.  
Que cum satis cōtemplatus esset: miles intellexit si  
petra illa magis patefieret aditū fore in urbem. Itaq;  
nota Belisario cūcta facere curauit. Dux uero letatus  
ac magna pollicitus p̄mia alios sibi coadiutores eligere  
militē iussit: ac petrā illā magis aperire: non cedendo  
ne pcussio exaudiret: sed limādo ac paulatī demēdo  
per q; latēter. Hęc ut dux iubebat ita miles egit. De-  
niq; assidua diligentiq; militis opera effectum est: ut

armatus uir cum torace & clipeo per eū locū ingredi  
ualeret. Hęc facta cū essent Belisarius uidēs iā urbē  
fore in eius potestate timēsq; ne a militibus uastaret.  
Stephanū rursus ad se uocauit: casusq; miserabiles q;  
captis urbibus accidere cōsueuerūt: cędes uiroꝝ mu-  
lierū ad libidinē raptus icēdia rapinas ac mala cętera  
memorauit. Proinde uiderēt Neapolitani ne extremū  
periculum expectēt ad huc enim aliter rescipiscendi  
tēpus esse. Stephanus igit his auditis cūcta cū lacri-  
mis ac gemitu ciuibus suis retulit. Illi autē spernētes  
contēpserūt. Belisarius igit ceptū suū prosecutus cū  
urbē capere statuisset in hūc modū prouidit: Primis  
statim tenebris milites q̄dringentos delegit. Horum  
singulos toracē clipeūq; & gladiū ferri iussit paratosq;  
& armatos silētio quiescere donec admoneātur. Duc-  
tores uero his p̄fecit magnum & ennā uiros strēuos  
quoz uirtute plurimū confidebat. Cum media iam  
noctis pars trāfacta esset: ductoribus ipsis rē aperiēs  
ac locū ostendēs milites per aqueductū accēsis lumi-  
nibus ducere iperauit. Cum uero in urbem puenerint  
quid facere illos uelit: admonuit capere enim partem  
aliquam muri cātuba id significare. Ipse uero scalas  
permultas iā p̄dem cōparauerat quibus mēnia aggre-  
deret. Exercitū autē totū in armis esse iusserat multos  
circa se expeditos intētosq; habebat. Inter hęc pleriq;  
ex militibus q; cū magno ierant piculū formidantes  
retrocefferūt nec exhortationibus aut minis cōtineri  
poterāt: quos Belisarius duriter increpitos dimisit: ac  
ducentos eorum quos circū se habebat in eoz locum



submisit. Qua contumelia etiam illi ipsi qui prius recusauerant secuti sunt. Milites igitur per aqueductum longam & cecam uiam ierunt: non enim ad menia finiebatur aqueductus sed longius per urbem penetrabat: testudinem desuper habens ex lateribus coctis: nec prius ubi locorum essent milites intelligere poterunt: quae desinente iam testudine celum apparuit: tunc se media in urbe senserunt esse. Et simul euadere ex eo loco difficile fuit: propterea quod parietes hinc inde altius edificati difficilem armatis faciebant ascensum. Ut uero tandem alteri alteros iuuantem emergerunt: ad menia profecti turres duas occisis custodibus occuparunt: atque inde tuba canere & clamorem attollere ceperunt. Belisariusque confestim ad ea loca profectus scalas menibus admouit: ac milites conscendere iussit fuit & in hoc loco difficultas & mora quoniam scale ut pote clam facte ad altitudinem muri non pertingebant. Itaque necesse fuit binas simul scalas colligare atque ita conscendere. Haec fiebant ab ea parte urbis quae ad septentriones est uersa. Eodemque tempore ad aliam urbis partem quae ad mare spectat accerrime dimicabatur. Iudeorum enim multitudo in hoc loco pugnabat: Homines proterui ac temerarii & qui capta urbe nullam sibi ueniam futuram sperarent. Itaque resistebant accerrime nullumque ingressum hostibus permittebant. Alia uero pars exercitus portam urbis ad orientem uersam incenderat: ac percurrere in urbem festinabat. Inter haec dies apparuit. Portaque a militibus qui scalas ascenderat refracta ingressum exercitui praeiuit. Simulque

per portam ad orientem uersam quam incensam a militibus diximus penetratum. Tunc discursum per urbem est cecidibusque & rapinis omnia sedata. Praecipue uero seuebantur milites quorum fratres uel agnati superioribus preliis circa urbem commissis interfecti a Neapolitanis fuerant. Hi tunc urbe capta uictoriam crudeliter exercebant: nulli neque etati neque generi hominum parcetes Iudei uero qui partem urbis ad mare uersam defendebant: etiam capta ceteris in locis urbe ipsi tamen accerrime repugnabant. Nec prius cessauerunt quam discurrentes ab urbe milites eorum terga inuasissent. Tunc ab ea quoque parte intra urbem penetratum cecidibusque & rapine ubique facte. Belisarius capta Neapoli humanissime uictoria usus est. Nullum enim Neapolitanorum post arma deposita interfici aut capi permisit: mulieres ab omni libidine integras reseruatam maritis parentibusque restituit. In Gothos etiam qui praesidio fuerant nullam seuitiam ostendit. Pastorem uero & Asclepiodotum tantorum malorum auctores non ipse Belisarius ultus est: sed ciues ipsi Neapolitani multitudinem urbanae quae postridie quam capta fuerat urbs ad edes illorum discurreres repertum domi Asclepiodotum occidit: ac per urbem traxit. Pastorem uero querens reperire non potuit. Ille enim in ipso capte urbis tumultu uel morte uoluntaria uel dolore ac desperatione animi interierat. Populus tamen ardens odio non prius querere illum destitit quam fide oculis accepit eum interiisse: nec temperare potuit quin eius cadauer membratim discerperet. Veniam huic tanto furori dante Belisario propter mala



ab illis in quos seuebatur cōmissa. Neapolis igitur per hunc modum capta & seruata est. Gothi autem qui Rome & circū ea loca degebāt auditis his quę Neapoli facta diximus in suspitione ac metu plurimo constituti erant: nec dubitabāt Belisariū cū uictore exercitu ad se esse uenturū. Quare se ipsos cohortātes ac ceteros gentis suę bellatores euocantes inter Ananiā & Taracinam castra fecerunt. Ibi cum simul essent Gothorū copie multa de superiori malignitate Theodati multaq; de p̄senti segnitie cōquesti demū seditiōe in exercitu facta Vitigim sibi regem creauerūt. Erat autem Vitigis nō ex regio genere ortus sed magnus bello uir quondā habitus. Ea q; uirtute nomē & auctoritatem sibi plurimā comparauerat: Theodatus uero simul atq; ista sensit arrepta fuga Rauēnā ire p̄perabat. Sed missi cōfestim post eū a nouo rege Satellites per uia affecati illum interfecerunt. Post hęc Vitigis Romā uenit senatūq; & populū allocutus beneficia Theoderici memorauit: eosq; hortatus est: ne qd noui moliant. Magnas Gothorū uires per Italiā esse docuit: nec ea q̄ accidissent incōmoda p̄pter ibecillitatē gentis accidisse sed p̄pter discordes erga Theodatū animos. Nunc autē conspirātibus in unam eandemq; uoluntatem Gothis contrarios effectus esse secuturos Itaq; neminē sine sua pernitie per Italiam res nouas moliturum esse. Hęc autem cū liberio Romane urbis presule egit. Et qm̄ nouū erat eius regnū iureiurādo sibi populū & pontificē obligauit. Ex senatu uero & ex populo Romano p̄multos delegit: quos obsidū

*Vitigis Rex Gothorū*

loco cōstituit: urbi autē Romanę q̄ndam ex p̄ceribus suis Iudericum p̄fecit: eiq; delectorū militum quatuor milia reliquit q̄bus Romā custodiret. Ipse cū reliquo exercitu Rauēnā petere cōtendit: quo regnū magis stabiliret. Eo cum peruenisset Amalafuente filiam Theoderici neptē quę a Teodato captiua tenebat in matrimonium suscepit: ut regio sanguine dominationē honestaret. Gothorū autem copias undecūq; uocare: parareq; nō destitit: armaq; & equos inter suos partiri ac cetera quę ad bellū pertinerēt studiose providere. Sed cum magna Gothorū robora circa Padū & Ticinum ac cetera per Galliā cisalpinā essent: eaq; cōtrahere Vitigis festinaret: obiecta illi formido est Frācorū gentis. Franci enim per id tempus ad alpes usq; dominationē extēderāt. Cisalpes uero Gothi possidebāt. Nec sane iter se amici sed suspecti magis discordesq; habebant. Et irritatos nuper Francos a Iustiano impatore cōstabat: suadēte ut bellū aduersus Gothos capesserēt. Ob hęc igit suspitionē Vitigis oratoribus ad Frācos missis delere ab ea parte formidinē studuit. Quod & tandē affecutus est federe cū illis ic̄to amicitiaq; cōtracta. Dum hęc a Vitigide p̄uidētur interea Belisarius refecto ornatōq; exercitu Romam petere cōstituit. Itaq; relicto Neapoli Herodiano cū p̄sidio militū: Cumis quoq; alio p̄sidio imposito ipse cum cetero Romā petiit: Iter eius per uiam latinam fuit. Romani uero aduentum Belisarii sentientes nequaq; moleste ferre uidebantur. Etiam fidelis quidā Mediolanensis qui per tēpora Atalarici p̄fectus regie





domus fuerat: ex urbe Roma profectus Belisario  
nūtiauerat: ut copias q̄ proxime admoueret: populum  
enim Romanū exercitui imperatoris Romani nequaq̄  
portas esse clausurū. Intra urbem quoq̄ ex multorū  
sermonibus hāc eādē uolūtātē populi erat īspicere.  
Quibus cōterriti Gothi qui Romę in presidio erant  
relicti: sponte sua oēs abire statuerūt: pręter luderim  
pręfectū qui pudore ductus perire maluit: q̄ urbem  
fidei suę creditā deserere. Romani Gothis abeūtibus  
securitatem prestutere: Euenitq̄ ut eadē die atq̄ hora  
Gothi quidē porta flaminia Roma exirēt: Belisarius  
autem porta celi montana quā Asinariā uocāt: Romā  
intraret. Cum esset enim Belisarius maxima omnium  
leticia intra urbem receptus: senatū ac populum que  
oportebat allocutus: summā post hęc diligentīā adhi-  
buit in reparādis mēnibus atq̄ urbe munineda. Non  
solū enī mēnia curauit: & ppugnacula ydoneis locis  
cōstruxit: uerū etiā fossas & aggeres mēnibus adiūxit  
frumētū quoq̄ magnā uī nauibus īportādā & publicis  
horreis seruādā prouidit. Romani uero quāq̄ ingeniū  
ducis admirabātur: tñ hanc illius sedulitatē in urbe  
munienda non pbabant. Magnū enim ducem cum  
imperatoris exercitu Romā ingressum nō de patiēda  
oblidione sed de inferēda cogitare debere. Enim uero  
ipse cōsciū paucitatis exercitus sui & magnarū uiriū  
Gothorū: iam mente & cogitatione futurū pręuidebat.  
Nec tñ interea segnis: sed per pfectos suos Constan-  
tinū & Bessam in hoc ipso tēpore Narniā & Spoletū  
& Perusiā dedētibus sese ciuibus suscepit. Pugnātū

est etiam non pcul ab urbe Perugia contra Gothos.  
Nam Vitigis statim atq̄ defectiōnē Perusinorum  
sensit. Vnilam & Pessam cū exercitu in tustos misit:  
quo cęteras urbes in fide cōtinerēt: ac ea quę iā defe-  
cerant opida recuperarēt. Erat Perusie Constātinus  
Belisarii pręfectus: copiasq̄ oēs eo cōtraxerat pręter  
paucos milites quos in presidio Spoletū reliquerat.  
Cum igit̄ appinqrēt Gothorū copie ac sub ipsis ppe  
mēnibus Perusie essent: egressus urbe Constantinus  
acie structa & ad dimicandū parata Gothos inuasit.  
Cōmittit̄ ingēs plū ac magnis uiribus utrimq̄ certat̄  
Gothi multitudine Constantiniani situ loci & fauore  
ppinque urbis iuuabant. Post longū certamē superati  
ad extremū Gothi in fugā uertunt: fit eorum magna  
cędes multi capiūt. Inter quos Vnila & Pissa duces  
copiarū hostiū capti fuerunt: & Romā ad Belisarium  
missi: Vitigis igit̄ cum pręter defectiōnē urbiū hanc  
in super cladē accepisset: non ultra differēdum ratus  
cū toto penitus Gothorū robore in bellū descendere  
cōstituit. Itaq̄ Rauēna mouēs Romā ducere perrexit  
habēs in exercitu ducēta milia hominum plurimosq̄  
inter eos loricatedos equites quos Catafractos appellāt  
Cum histātis copiis ita Romā petebat ut nihil magis  
uereri uiderēt q̄ ne Belisarius nō expectaret. Quare  
nec ad Perusiā nec ad Spoletū nec ad Narniā cōstitit  
Sed Romā petere festinauit: Belisarius autē cū tantā  
belli molē in se cōuertī sentiret: Cōstātinū & Bessam  
cum his quas habebāt copiis ad se ppere redire iussit.  
Paruitq̄ dicto Constātinus cōfestiq̄ ex Tustis Romā



duxit. Bessas uero qui erat Narnie tardius discessit: ut etiam cum primis Gothorum excursoribus implicaret. Vitigis enim proximū Narnie iter faciebat. Quo cū p̄mi ante cursores puenissent: egressus urbe Bessas eos inuasit & agmina quedā eorum in fugam uertit: multosq; occidit. Sed cū maiore numero p̄meret in urbē sese Narniā recepit. Mox inde Romā p̄perans ex uisu denūtiavit Gothos adesse. Gothi Narniā p̄tergressi per sabinos in agrū Romanū descenderunt. Cumq; Romę p̄pinquarēt ad Amnē fluiū cōstiterūt. Nam Belisarius p̄tē sup̄ eo Amne ex utraq; ripa turribus claustrisq; munierat: ac militū p̄sidio custodire iusserat. Itaq; Gothi primo aduentu transire nequētes trans Amnē fecerūt castra. Nocte uero insecuta milites q; in p̄sidio pontis erāt: multitudine ac ferocitate Barbarorū cōterriti turres ac munimēta p̄tis deseruerunt: clāq; fuga arrepta in cāpaniā abierūt penam Belisarii formidātes. Habebat in animo iuxta Amnem castra facere: contra Gothorū castra quo diutius in his locis hostes detineret: q̄obrē postridie mille equitibus assumptis ad ea loca p̄fectus est: quo & sitū regionis & q̄dagerēt hostes specularēt. Et simul ydoneū castris suis locum deligeret. Proficiscenti autem cū prope Amnē esset: equites Gothorum per expectationem sibi obuiā uenerūt. Gothi autē pauloante munimēta p̄tis deserta sentiētes claustra portasq; refrugerant. Iamq; trāsgressa multitudo eorum p̄ magna fuerat: que Belisario hęc ignorātī cū repēte obuiā uenisset ex īspirato pugnare cōpellit. Et abinitio quidem ducis munera

tantummodo Belisarius obibat: iubens & adhortans & quid agēdū foret ostendēs. Cum uero sui magis ac magis ab hostibus p̄merent: tūc necessitate cogēte nō amplius ducis officiū sed militis exercebat. Aduolās siquidē inter p̄mos pugnatores manu & uiribus strēue rem gerebat. Quo quidē die plurimū ipse periculum subiit ex huiusmodi causa: Erat Belisario equus īsignis quo plurimum utebatur. Is erat colore subrutilo frōtēq; summā usq; ad nares alba linea distinguebat. Cū igit ex eo pugnaret equo & in p̄mis pugnatoribus uersaret: transfuge quidā eū noscitātes clamore significarūt ut ualā ferirēt. Hoc eīn uocabulo Gothi formā illā eq; appellāt. Clamorq; per oēs iit ualā feri. Ex quo factū est ut tota pugna in unū Belisariū conuerteret. Quod nisi circa eū egregia familiarū manus se conglobasset: ac impetū ipsi irruentiū hostiū excepissent: corporibusq; & armis equū & Belisarium inter mille telorum ictus p̄texissent: euadere nō poterat. Tunc autē defensus egregie est: tum uirtute p̄pria cū peritissime dimicaret: tū amicorum & familiarū auxilio: qui incredibile amore circa illum uersabant. In hoc loco multi atq; optimi ex Belisarii familiaribus ceciderunt: & in primis Maxentius uir singulari uirtute qui circa Belisariū pugnās cū p̄cipua fortitudinis opera edidisset: multosq; Gothorum īterfecisset: tandē ipse quoq; multis uulneribus acceptis occubuit. Ad extremū se cohortātes qui cū Belisario erāt īpetu facto in fugā hostes uerterūt: & usq; ad pontē persecuti sunt. Pedites uero qui pro ponte stabāt p̄liū excipiētes facile Belisariū



& suos repulerūt. Cedētibus multitudo rursum eq̄tū  
pramere terga cepit: quibus difficultatibus in editum  
quēdā locū se recipere coacti sunt: Ibi quoq; cū eq̄stris  
pugna redintegrata esset. Hostiūq; multitudo assidue  
cresceret: multiq; utring; pugnātes cecidissent: tādē  
effuso cursu Romā petere coguntur: fuga fuit ad eam  
portā quam Pintianā uulgo appellant. Gothi usq; ad  
ipsam portā Belisariū p̄secuti sunt: ut de muris urbis  
ferirētur. Fuit quoq; in eo loco tumultus ingens. Ro/  
mani enim qui in muris stabant: ueriti propinquitatem  
hostiū portā a p̄ire nolebāt. Nec Belisarius licet clamās  
cognoscebat: quod & iā sol occiderat: & ipse puluere:  
sudoreq; deformatus erat. Cum igit; ad ipsam portā se  
cōglobassent: nec porta aperiret hostesq; instaret: Be/  
lisarius suos cohortatos hostes magno ip̄etu inuadit: ac  
in fugā uersos longe submouit. Ita fugatis hostibus  
ipse iā plane cognitus suos intra urbē reduxit. Pugna  
huius diei lōge maxima ac uaria fuit. Ceptū est enim  
pugnari paulopost solē exortū: desitū autē iā tenebris  
terrā operietibus. Optimusq; pugnator iudicio omniū  
Belisarius ea die existimatus est. In Gothis autē Vi/  
sindus. Cum in urbem redisset Belisarius milites ac  
Romanos ciues p̄ menia uigilias agere nocte illa ius/  
sit. Prefectis etiā suis portas attribuit: ut singuli singu/  
las tuerent. Pr̄cepit autē ut si quid tumultus oriretur  
nemo ex eo loco in quo collocatus foret abiret neu se  
cōmoueret: p̄ eā noctē pluribus locis tumultus excitati  
sunt: & pleriq; inanes. Clamatū est enī per urbem ad  
ianiculi portā hostes inuasisse: & arma trepide ob hoc

sumpta. Nec prius cessatū a tumultu q̄ redeūtes inde  
nūtiū retulerunt: omnia ad ianiculum quieta esse: Nec  
hostes per ea loca uisos uel auditos. Ad portam uero  
salariā alius tumultus exortus nec is q̄dē temere. Go/  
thi enī per noctē sub ipsam portā ueniētes Romanos  
ciues qui stabant in menibus uocauerunt: atq; ibi unus  
eorum Bachius noīe: uir Romę notus: quē Vitigis rex  
ad hoc ipsum miserat uerba faciens: Quid est inquit  
Romani? an nō iā pudet uos stulticie uestre: q; Gr̄ecis  
hominibus: nautis & Histriionibus ac nulli p̄tinus alię  
rei gerende ydoneis: uos ac salutem uestram cōmisistis  
sp̄reta Gothoꝝ potētia quę primo statim aduentu illos  
fudit atq; obsedit. Atqui nō ita meriti de uobis erant  
Gothi ut tātā proditiōnē aduersus eos moliri debu/  
issetis. Sed resipiscite iā: Unica enim hęc euadēdi uia  
est: si portas Gothis aperiatis: non aduersum uos: sed  
aduersum Gr̄ecos ingressuris. Quod si perseueratis in  
amētia uestra implacabile bellū a Gothis expectetis.  
Hęc Vitigis rex denūtiari uobis iubet. Nihil his uer/  
bis responsum est: a Romanis. Sed cū significaretur  
Gothos adesse cōcursum est ad Salariā portā. Gothi  
uero aliquāto cōmorati in castra regis quę inter urbem  
& Amnē erant posita reuerterūt. Et prima quidē nox  
in hūc modū trāfacta est. Postridie uero cū in p̄lium  
nemo egrederetur. Gothi ad obsidionē se cōpararunt.  
Eius obsidionis ratio hęc fuit: Castra circa urbem sex  
in locis posuerunt a flaminia uia usq; ad penestrinam.  
His castris quinq; urbis porte obsidebant: addiderūt  
postmodū septinna castra ultra pontem miluium. Hęc



ultima castra portā aureliam obsidebāt & impediēbāt  
uias quę trans tiberim ferūt. Castra autē ipsa uallo &  
fossa ac ligneis turribus munierunt. Et tā citra q̄ ultra  
tiberi possidētes oīa crebris incursionibus peruadebāt  
Belisarius autē p̄ defensione urbis hęc prouidit. Pin/  
cianā portā quę cōtra Gothoy maiora castra maxime  
erat opposita: & huic pximā a dextra manu salariam:  
& quędā circa illas muri est sibi ipsi Belisarius tuēdas  
assumit. Praenestinā uero portā Belle cōmisit. Flami/  
niā uero quę est a sinistra Pincianę Cōstātino attribuit  
ceteris quoq; portis alios pręfecit. Gothi profecti circa  
urbē aquęductus omnes interruperūt: Erant hi qua/  
tuordecim aquęductus mirabili opere cōfecti per quos  
aqua in urbem uehebāt. Ex hoy interruptione nō tātū  
aquarū incomoda nocebāt Romanis quātū Pistrinorū  
defectus. Nam ex eo aquęductu qui ex summo iani/  
culo p̄ trās tiberim defluebat: utpote decliui ac rapido  
magna uis Pistrinorū cōficiēbat. Ex aliis quoq; aquę/  
ductibus quibusdā in locis eadē cōmoditas moliedi insti/  
tuta fuerat. Qui tūc iterrupti per magnas obsessis dif/  
ficultates afferebāt. Aduersus hęc icomoda Belisarius  
in hunc modū remedia excogitauit. Bini lembi paruo  
inter se distātes spatio tignis cōiuncti molas in medio  
continebant: quę rapido fluminis cursu p̄cite uoluebāt  
funes ab utraq; ripa q̄ maxime intēti Lembos in flu/  
mine subtētabant: huiusmodi Lembos secus pontem  
qui p̄mus trās tiberim fert collocauit. Post eos Lembos  
alios ordine eodē dispositos ordinauit. Ne uero hostis  
mittendo de superiori loco materiē & ignem officere

Lembis ualeret: cathene in flumine ad ipsam pontē  
obiecti omnē materiā excipiebāt. Exceptā autē hoīes  
ab utraq; ripa dispositi auferiebāt. Et aduersus Pistri/  
norum defectū hęc optime prouisa sunt. Lembi enim  
Pistrina largissime supleuerūt. Aquarū uero icomoda  
tiberis sustētabat. Per mēnia uero pluribus locis instru/  
menta belli multiplicia ad feriēdū repellēdūq; hostes  
Belisarius effecerat: ac solertissime omnia prouidebat.  
Gothi uero cōtra ad expugnationē urbis instrumenta  
& machinas comparabant. Machine uero huiusmodi  
fuerūt primū arietes quatuor. Est autē forma eoy talis  
colūne lignę quatuor in altitudine recte equaliter in/  
uicē opposite collocant. He colūne tignis octo uincūt  
quatuor ad imū colūnarū: totidē ad summū. Efficētq;  
ueluti q̄drate cuiusdā edicule forma. Hęc rursus cor/  
rigiis obtegūt: ne feriri de mēnibus q̄ itus sunt possint  
Trāuersum deinde tignū ponitur a quo trabs cathenis  
alligata depēdet quasi usq; ad mediū altitudinis colū/  
narū. Habet uero trabs in capite ferrū ingēs & q̄dratū  
ad icudinis formā. Machina tota q̄tuor rotis ad bases  
colūnarū inpositis defertur. Mouēt autē eam milites  
intus existentes non pauciores quinq;ginta: Qui postq;  
eam mēnibus admouerūt: trabem illā suspēsam machi/  
namētō quodā retrotrahūt: moxq; cū impetu dimittūt  
Trabs autē uiolētia & pōdere in murū delata omnia  
scindit ac perrūpit. Fecerant etiā Gothi turres ligneas  
pari mēnibus altitudine. He quinq; rotis uehebantur.  
Scalarū pręterea gradē numērū parauerāt. Et infinitā  
quādā uim fasciū ex uirgultis & stipula quibus fossas

19. quęducty. 14.



replere cogitabāt. Cum satis oīa parata essent Vitigis  
prima luce armatos oēs adesse iubet: agminaq; distri-  
buit: & quid agere quemq; uelit p̄scribit: fit alacritas  
magna in Gothis & incredibilis pugnādi ardor cū alii  
fasces: alii scalas ferrēt: alii machinas admouerēt. Be-  
lisarius āte portā cū lectissimis sup aggerē p̄stabat: nec  
quicq; moueri a suis iusserat: p̄sq; ipse signū dedisset.  
Turrets quas paratas a Gothis diximus, cōuehebāt: he <sup>boues</sup>  
ante ceteras machinas aduehebāt. Quod cū aspexisset  
Belisarius risit simplicitatē Gothoꝝ qui bobus crede-  
rent machinā admoueri: ad hostes armatos posse. Itaq;  
suos oēs sagittas in boues conuicere iussit: quibus cito  
cōfecti boues cōciderūt: machinaq; destituta ulterius  
admoueri nō potuit: qui autē stipulā & q; scalas ferebāt  
multitudine teloy ab aggere ueniēte repulsi: nec fossas  
cōplere: nec mēnia adire: nec arietes admouere ualebāt  
Stabat nihilominus Gothoꝝ acies: ac testitudine facta  
interdū subibat. Sed puincere aggerem nunq; potuit:  
sagittis & tragulis & omnifariā teloy genere certabat  
Dum hęc ad pincianā & salariā portā geruntur: tribus  
aliis locis Roma oppugnabatur. Nam Vitigis relicta  
parte copiarum quo Belisariū p̄lio distineret: ipse ad  
penestrinā portā cū multitudine pugnatoꝝ conuolauit  
Eodēq; tēpore alia Gothoꝝ multitudo cont̄ portā au-  
reliā impetū faciebat. Alia insup hostiū manus portā  
quę est ad summū ianiculū expugnare nitebat. Ita .iiii.  
simul locis Roma oppugnabat. Ad pincianā & salariā  
portā quas Belisarius tuebat ad penestrinā cui p̄erat  
Bellas ad aureliā & ianiculi portā. Sed hi q; ad ianiculū

pugnabant Gothi facile repellebātur. Sunt enim loca  
ardua & saltuosa ut difficile sit mēnia adire etiā nullo  
repugnāte. Tunc autē paulo Belisarii p̄fecto cū ualida  
manu militū defendēte conatus hostiū inirritū cecidere  
Ad aureliā uero portā maius piculū fuit. Via erat por-  
ticū cōtectā per quā ad tēplū beati petri apostuli uade-  
batur. Sub ea igit̄ porticu latētes Gothi cū tempus rei  
gerēde uisum est: egressi ex insidiis repēte ad molem  
adriāi iuadēdā cōuolarūt: scalisq; admotis p̄mū ābitū  
qui figura q̄drata molē cingit repētino ipetu ceperūt:  
hęc moles ip̄eratoris Adriani sepulcrū fuit: eximio ac  
magnificētissimo opere cōfectū. Primus ambitus qua-  
drati figurā habet. Cōstat uero totus ex marmore pario  
summā artificū diligētia ex edificatus: In medio uero  
huius q̄drati rotūda moles insurgit excelsa q̄dē alti-  
tudine: latitudine uero tāta ut in sup̄ma eius parte area  
sit cuius diameter uix iactu lapidis trāligatur. Habet  
uero pōtē sup tiberi Amnē qui ab ipsa mole ad aliam  
ripā extēdit. Hoc edificiū licet ext̄ urbē foret nā urbs  
q̄dem ad tiberim finit̄: hoc autē ult̄ tiberim est: tñ quia  
pontē habet ad mēnia usq; p̄tinentē & erat ueluti arx  
& ppugnaculū quoddā. Belisarius militibus suis occu-  
pandū custodiendūq; p̄uiderat: eiuq; rei curā Constā-  
tino mādauerat. Constātinus igit̄ cū paulo āte uidisset  
hostes ratibus in tiberi missis ad eā partē urbis oppug-  
nandā accedere: quę est inter Marciū cāpū & aureliā  
portā: ueritus humilitati murorū: nam erāt in his locis  
mēnia iuxta flumē nō satis munita: cū manu militū ex  
Adriani mole eo accurrēt: nec satis multos in p̄sidio



molis reliquerat. Gothi ergo ut diximus per absentiam præfecti capto inferiori ambitu molē ipsam expugnare nitentur. Milites autē de superiori parte repugnantes quo magis repellat hostes: rē nefariā effecerūt. Erāt in summa parte molis undequaque p̄ magne statue hominū equorū q̄drigarū excellentē artificum opere confectē. Has partim integras milites demoliti in hostes p̄cipit̄ tarunt: partim cōfractas in hostes deiecerūt. Ita p̄clara artificū opera: ac multorū annoꝝ labores: ac maxima eius sepulcri ornamēta: militū siue rusticitas siue malignitas paucis horis absumpsit. Inter hæc Cōstātinus repulsis a flumine hostibus audito molis periculo per pontē succurrit: additq; suis aīos: atq; ipse ab inferiori parte hostes inuadit. Per hunc modū seruata tandem moles est: atq; hostes repulsi. Ad penestrinam quoq; portā ubi Vitigis rex & qui cū illo uenerāt Gothi pugnant: ingens periculū fuit. Erat enim non p̄cul ab ea porta locus q̄ uiuariū appellabāt. Is locus mēnia habebat duplicia aliquo spacio inter se distantia. Solum inter bina mēnia planissimū erat. Mēnia uero ipsa nō satis munita. Vitigis igitur & Gothi prima aggressi mēnia: etsi egregie repugnabat tñ ea puicerūt. Bessas uero p̄fectus diffidēs aduersus tantā Gothorum uim resistere posse: Belisario p̄pere significauit quanto in periculo res foret: utq; maturaret opē ferre admonuit. Eo nūtio p̄motus Belisarius relicto ad salariā portam p̄sidio: ipse cū lecta manu militū per urbē discurrens ad uiuariū puenit. Aduētū suo redintegrata pugna crescunt militibus animi ob presentia ducis. Ipse etiā

cum suis in prælium descēdit. Gothi murū ab inferiori parte p̄fregerant ac magna uis eorū ingressa inter bina mēnia uersabatur pugnaq; in eo loco accerrima erat. Tandē uero eū exitū habuit pugna: ut Gothi per eum ipsum locū quo ingressi fuerūt: cū magna suorū strage euadere cogerent. Postq; uero egressi sunt: in eos perturbatos immissi milites lōge illos summouerūt: eorūq; machinas oēs incēderūt. Idem quoq; ad salariā portā accidit. Milites enim eruptione facta turres & machinas cremauerūt. Per hunc modū Roma eodem die & oppugnata pluribus locis & defensa fuit. Ceciderunt autem in his p̄liis Gothorū ad tria milia obsidio tamen durabat. Romani uero etsi Belisarii uirtutes admirantur: tñ querela aduersus illū erat: q̄ contra tantas Gothorū uires exiguis ipse copiis cōcitato bello Romā in p̄sentes difficultates cōiecisset. Quod sentiens Belisarius: neq; enim erat obscurū: etsi alias hæc eadē. Iustiano significauerat: tñ tūc maiore in modū cōmotus uehementius scripsit: ostēdens obsidionē urbis Romę ac multitudinē hostiū & paucitatem suorū. Se enim in Sicilia ex eo quē duxerat exercitu Panormi & Siraculis p̄sidia militū reliquisse. Neapoli uero & cumis & aliis per Italiā oppidis a se receptis: quod necessarium fuerit pro illoꝝ tutela milites posuisse. Sibi tātūmodo ad quinq; milia militū restare. Obsideri uero a Gothis ducentorū miliū exercitu. Romanos hoꝝ periculorum insuetos haud quāq; obsidionē tolleratuos. Quātum uero ad se attinet semel uitā suam īperatori Iustiano deuouisse: nec sua referre tarde uel cito ītererat: ceterū



uidendum esse quid ea res honoris uel infamie imperio Romano sit allatura. His litteris Iustinianus acceptis ualde commotus est: ac statim copias quasdam iam paratas nauigare in Italiam iussit: & maiores alias parare constituit. Præerant autem his copiis quas iam parauerat Valerianus & Martinus. Eaque hyeme per Etholiam & Acharniam hiemauerunt. Romanos hæc significata in spem continuere. Aduentum eorum primo quoque tempore expectantes. Dum hæc Romæ gerunt Asmarus & uligifalus Gothorum duces quos in Dalmacia Vitigis cum exercitu miserat: classemque insuper illis dederat coniunctis sibi maximis Barbarorum copiis salonas mari terraque obsederunt. Constatianus enim impar tantis hostium copiis munita prius affata urbe obsidione tollerabat. Nonnumquam etiam urbe egressus maxima Gothis damna mari terraque inferebat. Roma inter hæc obsideri durius cepit. Vitigis enim quam expugnatio prius tentata turpiter ei successerat: inquietior inde factus cuncta rimari ac perscrutari non destitit: quibus obsessos maxime affligeret. Portus erat iuxta mare adextera Tiberis fluminis ripa superque eo urbs ualido muro cincta: eo in loco naues cuncta que mari ferunt deponerent. Inde rursus terra uel fluuio Romam portabatur. Vitigis igitur magnis suorum copiis repetere & inopinato missis urbem Portuensem cepit. Opidanis contra subitam Gothorum uim nequaquam satis ad resistendum paratis. Ex huius occupatione urbis magne confestim difficultates Romæ creuerunt frumenti ac ceterarum rerum que usui sunt importandi facultate sublata. Nam Gothi quidem presidio militum ibi relicto opidum ac fauces Tiberis custodiebant: nec importari

quicquam patiebatur. Nec multo post Vitigis Rauennam misit: quod ciues Romanos omnes quos obsides duxisse supra ostendimus interficerent. Erant uero in his multi ex nobilitate: multi etiam ex plebe prestates uiri: qui omnes interfecti sunt præter paucos: qui re prius cognita auferunt. In quorum numero fuerunt ceruētinus & reparatus uigilius qui postea papa fuit Germanus. Hi enim re prius cognita in Galliam fugientes mortem uitauerunt: ceteri perierunt. In hoc Romani populi dolore ob ciues Rauennæ interfectos alios superuenit dolor. Belisarius defectum anone timens Romanis ciuibus edixit: ut filios & uxores & omnem inutile bello turbam Neapolim mitterent. Idem milites quoque suos facere coegit: quibus uel scorta uel mancipia Romam foret. Vie autem abeundi per id tempus due supererant: una hostiensis iuxta sinistram Tiberis ripam uadentibus alia mediterranea regione per ea loca que a castris hostium erant maxime diuersa: neque enim totam urbem ab initio cinxerant Gothi ut diximus: sed ab aurelia porta ad penestrinam obsidebant. Per alia uero loca non temere neque sepe uagabantur. Nam & damna incurrebant si longius a castris suis progressi foret: & sine magno copiarum apparatu discursare non poterant. Ex quo fiebat ut uia appia & Hostiensis per id quod tempus tuto uaderent. Romani igitur uxores & filios & ibellam multitudinem emiserunt. Pars eorum in Campania: pars Neapoli: pars in Sicilia per cuius commodius fuit consistere. Romam autem anona iussu Belisarii diligentissime per singula capita distribuebat. Per hæc tempora Liberius papa in exilium actus est a Belisario suspitione coorta cum Gothis eum sentire. Nec multo post

Liberius Papa  
actus a Belisario



Vigilius Papa

Successor in pōtificatu ei datus est Vigilius papa. Alii quoq; e nobilitate Romana in exiliū acti ob easdem suspitiones: quorū numero fuit maximus: cuius paucus post Valētiniani mortē imperiū arripuerat. Inter hęc Martinus & Valerianus quos a Iustiniano missos superpradiximus Romā uenerūt: habētes equites ad mille sexcētos. Erant uero hi magna ex parte hunni: aduētū horū equitū recreatus Belisarius alia ratiōe q̄ p̄us bellū gerere cōstituit. Non enī stās intra mēnia urbē tuebat sed per singulos dies emissio equitatu subitis incursionibus hostes uexabat. Ex quo factū est ut mirificū hīc inde accēderet: certamē & in omnē experiētiā ueniret. Belisarius enim ipse sciētissimus prēliadi dux: equites qua ratiōe agēdū foret cōmouebat: mōstrabat quousq; p̄gredi & ubi cōsistere oporteret. Et modo per Salariā pincianāq; portā subito emissis eq̄tib; p̄xima Gothorū castra fatigabat: modo per aureliā portā alia Gothorū castra que inter sepulcrū Adriani erāt & miluiū pōtē infestabat. His certaminibus Belisarii equites p̄ualere cęperūt: nō quod totū equitatū hostiū ferrēt: sed quid parē uel ampliōrē numerū superare uidebant peritiāq; bellādi & audacia anteire in hunc modum exercitatis equitibus & iā cōtempnere hostē assuetis cū spes atq; animi obessorū creuissent: eo deuētū est ut nō leuibus iam certaminibus: sed iuxta acie decerneret. Belisarius enim crebra p̄fectoꝝ ac militū adhortatione fatigatus experiri tandē maiorē pugnā decreuit: copiasq; suas in hūc modū disposuit: p̄mo acie unā per aureliā portam exire: & ante sepulcrū Adriani ad hostes uersam stare

iussit. P̄fecit autē huic aciei Valentinū equitū p̄fectū eiꝝ supra equitatū pedites quoq; attribuit ex ueteranis militibus & ex populo Romanoq; uolūtariē id munus sibi p̄poscerāt. Hos uero pedites nō ima cū equitibus stare: sed sinistros mōtes qui a ianiculo discurretes planiciei supereminēt: occupare mandauit. Valētino autem p̄cepit ut q̄ maximā expectationē inuadendi hostem preberet. Cęterū pugnā nō iniret nisi laceffitus fuerit. Volebat enī illoꝝ Gothoꝝ partē que ī his locis castra fecerat tantūmodo detineri: ne p̄lio quod salaria uia cōmittere decreuerat auxiliū suis ferre possit. Duas sub inde alias struxit acies: unā ad salariā portā: alterā ad pincianā. In frōte equites: pedites in subsidiis utriusq; collocauit: atq; ita sua quancq; porta exire & ad hostem progredi iussit. Vitigis Gothoꝝ rex cum ex transfuga postredie futurū prēliū cognouisset: Gothos p̄ma luce armari fecerat. Instruēda acie pedites: medios. A dext̄ uero ac sinistra equites quasi alas disposuit. Ita Belisario obuiā p̄gressus p̄liū cōmisit. Milites igit̄ ab utraq; parte statī acriter cōcurrūt. Duces uero post eos stātes hinc Belisarius: illinc Vitigis suos adhortabantur. Et ab initio quidē pugne Belisarii milites lōge p̄ualebant multiq; cadebāt ex Gothorū acie. Et pugnabatur sub ipsis hostiū castris. Multitudine tñ abundātes Gothi in cadētū loco alios submittebāt. In hūc modum ad meridiē usq; pugnatū est: neutra parte superāte. Alacrius tñ Belisarii milites dimicabāt. Gothi solū pacientia cōsistebant. Inter hęc que ad sepulcrū Adriani stabat acies prēlium cōmisit. Multitudo enim populi





Romani ex collibus descēdere in Gothos ceperat. Et  
Valentinus implicatos suos p̄lio cernēs acie cui p̄erat  
a sepulcro Adriani cōmouit: atq; hostes inuasit. Nec  
diu tulerūt Gothi p̄sertim multitudine illa populi quę  
de superioribus locis descēdebat conterriti: nec in eorū  
castra se recipere ualētes lōgius aufugerūt: Romanoꝝ  
autē multitudo quā de mōtibus descēdisse supradixi-  
mus: statim ad castra hostiū diripiēda contēdit. Quo  
facto nec ipsi p̄sequuti sunt hostes: nec milites perseq̄  
dimiserūt. Rapinam enim ab eis fieri cernētes milites  
ne expertes prede forent: omīssa p̄secutione hostiū ad  
castra diripiēda ipsi quoq; cōuersi sunt. Ita Gothi de  
manibus emissi cū nemo p̄sequeret in mōtibus p̄ximis  
cōstitērūt: Inde castra sua agi ferricq; cernētes: cū neq;  
ordinem neq; disciplinā ullā in hostibus uiderent: sese  
tādē cohortati rursus hostes inuasērūt: eosq; ipeditos  
ac rapine intentos p̄facile superarūt: castraq; & prędā  
illis abstulerūt. Ad castra quoq; regia per hoc ipsum  
tēpus mutari fortuna cepit. Peditatus enim p̄multus  
ex Gothoꝝ p̄ximis castris equitibus Belisarii obiectus  
cū quasi testudine scutoꝝ facta a frōte p̄meret: cogit  
tandē eos aliquāto pedē referre. Quod cum uiderent  
equites hostiū dextre ale ipetu maiore Belisarii eq̄tatū  
ex trāsuerso inuasere. Nec longe tulerūt ipetū equites:  
sed terga ad extremū dantes ad peditū suorū acie se  
receperūt: Nec ea quē sustinuit uim hostiū sed magna  
suorū cęde in fugā uertit: In hoc tñ loco duorū centu-  
rionū uirtus plurimū eluxit. P̄cipio & Taruanti noīa  
illis fuerūt: qui in fuga cęterorū locū suū nō deserētes

impetū Gothoꝝ diu sustinuerūt: spatiūq; dederūt suis  
se in urbē recipiendi donec principius toto corpore uul-  
nerato pugnans cecidit & circa illū cōmilitonū suorū  
q̄dragintaduo: Taruūtes autē pari uirtute p̄ditus cum  
languis p̄multus ex uulneribus manasset uiresq; defi-  
cerent a fratre ex p̄lio ui retractus et ad pincianā usq;  
portā reductus ibi corruit. Post hęc milites effuso cursū  
ad urbē refugerūt. Stantes uero in mēnibus Romani  
clausērūt portas. Veriti ne hostes simul urbē intrarent  
Itaq; non parua militū pars exclusa est q; aggerē trans-  
gressi terga ad mēnia faciem ad hostes cōuersi stabant  
unicā habētes salutis uīā si e mēnibus defenderēt. Nā  
tela plerisq; deerāt quibus tueri se possent: omībus uel  
in fuga abiectis uel in p̄lio confractis. Sed q; pro mē-  
nibus stabant eos lapidibus tutati sunt. Pugna hęc ad  
castra Gothoꝝ ab iicio cepta postremo ad portas ac mē-  
nia desinit: ceciderunt autem ex Belisarii militibus per  
multi ac maxime uirtute p̄stantes. Post hoc p̄lium  
Belisarius aliquot dies pugna abstinuit mēnia solū tueri  
contentus. Tandem uero confirmatis militū animis  
rursus educere illos cepit. Non tamē totis puguare co-  
piis āplius ausus est. Leuia tantū p̄lia ut prius cōsue-  
uerat facere perseuerauit. Et fuerūt nonnulla ualde in-  
signia. P̄sertim aduersus illa Gothoꝝ castra quę erāt  
citra miluium pontem ad aureliam portā conuersa. Est  
enim ibi planicies equestribus p̄liis ualde apta. Inq;  
ea planicie theatrū est ad ludos gladiatorios uetustis  
temporibus edificatum. Circa id theatrum maxima cer-  
tamina fuerūt: quod aut Belisarii milites id Teatrum  
occupabant: & quasi castris illo utebantur: uel Gothi



preuenientes insidias in eo ponebant. Quin & ad portam  
salariam & ad picianam per singulos ferme dies leuia plia  
comittebantur: Gothis igitur obsidione in longum trahi  
cernentibus unica quincendi spes reliqua uidebat si fame  
Roma premeret: licet enim portus ablatas magnas diffi-  
cultates uisus esset afferre: tamen ut est hominum industria  
presertim in indigentia solers: onerarie naues que portum  
solebant petere: antiu petebant. Ibi quoque expositum frumentum  
et alia necessaria pedestri itinere Romam differebant. Vo-  
lentes igitur Gothi comoditatem quoque istam Romanis  
auferre octaua circa urbem castra posuerunt inter lati-  
nam & appiam uiam. Sunt enim in his locis aqueductus  
duo fornicibus qui se intersecantes quasi in duo brachia  
scinduntur: relictosque in medio aliquanto spacia iteque coeunt.  
Distat autem ab urbe milia passuum circiter quingenta. Huc  
igitur medium locum occupantes Gothi mure inter columnas  
arcum undequaque fecerunt ex lapidibus & luto: castraque  
per hunc modum munitissima habuerunt posueruntque in his  
castris septem milia equitum qui supra infraque infestates  
latinam & appiam & hostiensem uiam impediebant omnem  
importandi facultatem precedentes: Ex hoc ad modum  
durior obsessorum condicio reddebatur ac fames haud  
dubia iminebat. Quam diu tamen segetes in agris fuere  
milites noctu Roma egressi frumenta importabant ac  
magno precio ciuibus uendebant atque ita indigentia sus-  
tentabant. Vbi uero haec quoque facultas defuit tunc de-  
sperata omnia uidebantur. Iam solstium uenerat estiuum  
et pestis Rome grassari in ceperat frequentesque morie-  
bant non e plebe modo Romana uerum etiam ex Belisa-  
rii militibus. Res erant in summis difficultatibus atque

*Pris rom.*

angustius. Itaque ad Belisarium uenientes Romani fortu-  
nam suam conquesti sunt quod fide imperatoris secuti  
in presentes inciderint calamitates. Suos enim ciues  
miserabiliter interfectos Rauenne fuisse ab hostibus  
urbem a barbaris ignominiose obsessam: extra mura  
uastata omnia atque consumpta. Intus uero fame ac om-  
nium reum penuria intollerabiliter premi. Rogare Belisarium  
ut se in hostem educat prestare enim sibi armatis mori  
quam fame tabescere ac tantas calamitates dedecorare  
perferre. Belisarius uero haec audiens non satis clementer  
respondit illis. Eos quidem temere in consuleque deferri iquit  
Quod ea sit natura populorum ut impetu magis quam ratione  
moueant. Se consilio ac ratione non impetu animi regi  
consuesse. Expectare ab imperatore copias quibus ad-  
iunctis si pugnandum fuerit certam suis uictoriam polli-  
ceri ualeat. Easdem illas copias infinitam quandam uim  
frumenti secum afferre. Proinde abiret ac sibi curam belli re-  
linquerent. Romanis per hunc modum uel consolatis uel  
deteritis ipse animum in eam cogitationem traducere  
cepit quam admodum Gothis difficultates rei frumentarie  
quam plurimas inferret. Eius rei gratia haec prouidit. Costa-  
tinum & Traianum cum equitibus mille taracinam martinum &  
Seuthim cum quingentis tibur misit. Alia item manu equitum  
apud albam collocauit. Hisque omnibus precepit ut quam maxi-  
me possent comitatus impedirent ad Gothorum castra  
deferri & simul adiuuarent Romam petere uolentes. Ne  
uero castra ad aqueductum posita nocerent presidium apud  
templum Pauli apostoli communiri fecit: equitesque in loco  
eo stationes habere iussit & quam late possent uias a Go-  
thorum incursionibus tueri. Est autem ecclesia beati pauli



uia hostiensi diuersa protinus regione ab ecclesia beati Petri usque extra urbem: utraq; porticum habes a porta urbis ad ipsam ecclesiam. Hec duo apostolorum templa Gothi in tota illa obsidione nunquam uiolauerunt. Sacerdotes ut prius libere in illis permanentes rem diuinam exercebant. Constantinus igitur & Traianus Taracinam profecti cum Neapolim profecturam Belisarii uxorem Antoninam reliquerunt. Ipsi retro conuersi opida illarum partium que Gothis dabant subsidia peruenire breuiter effecerunt ut nihil penitus ex locis illis ad Gothos deferretur. Martinus uero & Senthis tybur profecti cum disiecta eius oppidi mœnia refecissent: quotidianas Gothis molestias ex eo loco inferebant: & comitum deferri in castra prohibebant. Idem fiebat ab iis qui albam missi sunt. Ex quo breui admodum tempore euenit ut Gothi obsidentes non minoribus difficultatibus afficerentur quam obsessi: & supra defectum frumenti pestilentia quoque castra Gothorum perueniret. Inter hec alie copie a Iustiniano missae in Italiam peruenirent. Fuerunt autem eques truces octoginti quos ducebat Iohannes Vitaliani fratris filius ex delectu autem mille treceti: quibus praerant Alexander & Marcetius & Zeno: Praeterea classe aduecti fuerant peditem tria milia quos ducebat Paulus & Conon. Erant praeterea Neapoli pedites quingenti quos parauerat pro copiis Caesariensis. Ne omnes simul copie in unum conuenientes Romam petere constituerant. Afferebant uero secum multum ac magnum comitum. Iter equitibus erat iuxta mare: classis autem pedites deferrebat. In eadem classe magna uis frumenti: per terram quoque magno uehiculorum numero frumentum portabant. Belisarius autem sentiens eorum aduentum ac metuens ne Gothi eos inuadant: hec machinat

Portam flaminic quam ab initio obsidionis obstrui fecerat demoliri impedimenta praenocentem iussit: ac milites prima luce ad eam portam structos paratosque continuit. Traianum uero & diogenem cum mille equitibus per pincianam portam emisit: iubens ut ad castra hostium magno tumultu discurrant. Et cum egressi in eos fuerint hostes fugam ipsi arripiant: nec prius consistant quam ad portam ipsam unde egressi fuerant peruenissent. Hec facta cum essent & ad pincianam portam praesidium committerent: Belisarius cum reliquo exercitu repetente flaminea porta egressus ad castra Gothorum conuolauit imparataque & uacua ab ea parte reperit: utpote quia a porta flaminea iam diu obstructa nihil penitus suspicabantur. Itaque non multum abfuit quin castra ipsa caperent: uersus deinde Belisarius ad pincianam portam mediosque nactus hostes cum ipse a tergo inuasisset: illi uero qui prius fugerant a fronte repugnarunt incredibili cede illos oppressit. Tantaque fuit ex hoc praesidio apud hostes terror ut in castris Vigiliis duplicarentur: nec de ulla re cogitarent: magisque ut se ab insidiis Belisarii tutos praestarent. Per hunc modum impeditis & cõterritis hostibus copie nullo impedimento hostiam peruenirent. Gothi igitur multis incommodis fatigati cum insuper nouas uenisse Belisario copias intellexissent: de dissoluenda obsidione cogitare ceperunt. Iam enim multitudo ingens in eorum castris uel peste uel ferro absumpta perierat. Multi etiam morbo aut uulneribus deseruerant castra. Itaque Vitigis legatione Romam missa cum multa hic inde dicta responsaque fuissent de iustitia cause tandem ad Iustinianum imperatorem controuersias deferri consensit: ut ex eius auctoritate res componerent. Legatibus ob hoc missi ac trium mensium inducie donec rediret



legati facte: oblidescq; hinc ide traditi p idutiis ex fide  
seruandis. His confectis copie & cōmeatus que hostie  
conuenerant: terra & flauio Romam deuenerunt.

## INCIPIIT LIBER SECVNDVS

**Q**VM IN HOC STATV RES  
essent: bellūq; cessaret ob iducias factas  
Belisarius tñ Romā: Gothi castra: muni  
tionesq; custodirēt: q̄rele & altercationes  
orte sunt pro induciis cont̄ fidē uiolatis  
ex huiusmodi causa. Prēsidium Gothoz erat apud urbē  
Portuēsem ut supra ostēdimus. Milites qui erāt in p̄si  
dio cum deficerēt sibi necessaria ad uictū: urbē illam  
deseruerūt: desertam uero Paulus Isaroz p̄fectus qui  
hostie cū classe remāserat occupauit. Nec multo post  
Centūcellas urbē maritimā in Tuscis: desertas eodem  
modo a Gothis: Belisarii milites susceperunt. Albam  
quoq; urbē que est in Marsis eodē modo deseruerunt  
Gothi: & Belisarii milites occuparūt. Vitigis cum has  
urbes captas ab hostibus cognouisset: oratores Romā  
misit: qui ruptas cont̄ fidē indutias q̄rerent. Portū enī  
ac Centūcellas & albā Gothoz opida cōt̄ fas & equū  
ablata fuisse: nec deseruisse Gothos eas urbes sed uo  
catu suo uenisse ad se qui erāt in p̄sidiis mox in eadem  
opida reuersuros Liberiusq; id fiducia iduciarū factū  
esse a Gothis: Nec licuisse Belisario eas urbes per in  
ducias capere. Itaq; restitutionem facere debere: His  
legatis Belisarius in hūc modū respōdit. Redite iquit  
ad regem uestrum eig; dicite: que de uocatu redituq;

prēsidioz allegātur ab eo cōponi: Ceterū oibus patere  
q;bus de causis Gothi eas urbes p̄ derelictis habuerūt  
Indutiis qdē eripere auferreg; uetari. Occupare uero  
que a nullo possidētur nequaq; phiberi. Ex hoc suspi  
tiones isurrexerūt querētibus. Gothis paria Belisario  
referre. At enī tres ille urbes a Belisario suscepte per  
magnas sibi oportunitates ad bellum afferebāt. Iam  
aduētabat hiems. Belisarius uero copiis abundās mit  
tere in Hiberna equites cōstituit. Misit igit̄ & in alia  
loca & in agrū picenū eqnitū duo milia. Prēfecit autē  
hiis copiis quas in picētes misit Iohānē Vitaliani eūq;  
admonuit quid fieri in his locis uelit: Esse quidē Im  
picētibus uxores ac filios Gothoz. Viros autē ad obli  
dionem urbis Romę populariter accessisse. Si maneāt  
indutie: nihil moueat. Quid si Gothi cont̄ indutiarum  
fidē moliant: ipsum oīa p̄dari & rapere & opida q̄  
multa potest capere mādauit. Si quod opidū repugnet  
id obsidere iussit: nec ulterius p̄gredi priusq; id ceperit  
Neq; enim tutū fore post se hostiū opida relinquētem  
ulterius p̄ficisci: his uerbis ac mādatis Belisarius Io  
hannē ipicētes cū exercitu misit. Per hoc ipsum tēpus  
Datius Mediolanēsis p̄sul & cū eo ciues aliq; Medi  
olanēses ad Belisariū ueniētes urbē Mediolanum in  
potestatē ip̄eratoris fore dixerūt si uel modicū p̄sidiū  
eo mittat. Se qdē potētes esse nō Mediolano solū sed  
uniuersa ex Gallia cisalpina Gothos expellere modo  
imperatorii nominis auctoritas assit. Hos Belisarius be  
nigne susceptos ac multis āplissimisq; uerbis cōmēda  
tos bonā spē habere iussit ac se cū tēpus fuerit fractuz  
quod postulēt affirmauit. Eodem tēpore cū prospera



ac leta uiderēt esse oīa piculū supuenit horrēdū quod  
paruo momento cuncta pene subuertit. Prēsidius erat  
qdā ciuis romanus: Is cū Rauenne habitare cōsueffet  
ab initio huius belli clā inde aufugerat: Romāq; pfi  
ciscebat. In itinere autē Cōstātini milites spoletī de  
gētes gladiū huic p̄ciose ornatum abstulerūt. Is ergo  
spoliatus & iuriā indigne p̄pessus q̄rela apud Belisa  
riū exposita reddi ablata sibi postulauerat. Belisariusq;  
p̄ceperat gladium illi restitui. Sed bello & obsidione  
postea urgēte dilata res fuerat militibus occupatis &  
ducē maiorē reꝝ cura abducēte. In hoc demū tempore  
cū letiora ut diximus cuncta essent. Belisario p̄urbem  
egtante. p̄sidius frenū equi app̄hēdit ac magna & quę  
rula uoce multis audiētibus nūquid hoc mereat̄ ciuis  
Romanus qui apud hostes relictis omnibus rebus suis  
aufugerit ut a militibus eius spoliēt̄ & iniuria afficiat̄  
interrogabat. Sequidē cōtra iuriā & uim sibi illatā se  
pius quērelā posuisse nihil reportasse cum tamē illi ipsi  
qui uim sibi attulerūt & res habeāt ablatas in urbe atq;  
in oculis eius quotidie uersent̄. Hęc dicta Belisarium  
pmouerūt. Itaq; domū reuersus uocari ad se Cōstanti  
nū fecit. Eius enī milites erant qui gladiū abstulerunt  
ipsumq; p̄sentē acriter rephēdit: quod sepius iussu  
suū restituēdi gladii cōtemlisset. Ego uero inquit Con  
stantinus pocius illū gladiū in Tyberim abitiā quā illi  
nebuloni reddā. Hęc ualde cōtumaciter & p̄terue. Tū  
Belisarius nūquid tu mihi subes: Subsum inquit postq;  
īperator ita uult. Vex in hac una re nūq; tibi parebo cū  
hęc audisset. Belisarius: magis irritatus ē ac uocari ap  
paritores iussit. Cōstātinus autē putans in p̄nitiē suam

apparitores uocari. furibunde arepto pugione qui sibi  
ad coxā pendebat ī Belisariū ruit: eūq; paulo infra sto  
machū p̄cussit. Quod nisi circūstātes subito accurrissent  
ac in extorto pugione ipsum ī manibus apparitorū tra  
didissent: sup̄ma dies illa. Belisario fuisset eiusq; inte  
ritus cuncta simul secū in ruinā traxisset. Gothiq; eodē  
die reꝝ domini efficiebant̄. Sed non permisit dei beni  
gnitas tāta mala cōtingere. Cōstātinus paulopost iu  
bente Belisario īterfici. Nec multo postea Gothi furti  
Romā capere tentauerūt. p̄mo per aq̄ductū quēdā uia  
noctu q̄sita. deinde ratibus traiecto amne iuxta martiū  
cāpū. Sed utroq; ī loco eos fefellit spes. Nā & per aq̄  
ductū cōspecta lumina fraudē illoꝝ detexerūt & ob  
straso aq̄ductu facultas eis p̄scisa est iuadēdi: & ad cā  
pum martiū detecta proditio conatū eoꝝ irritauit. fuit  
autē pditio ī hūc modū cōposita. Duo ex infima ple  
be homines iuxta templū beati petri habitabāt. Id tem  
plū ut ostendimus: Gothi nūq; uiolauerūt sed edificia  
eius & homines ī hiis habitātes ueneratione apostuli  
illese seruabāt. hii ergo duo sermonē cū Vitige habue  
rūt de urbe pdenda. Querebat uero facultas talis. In  
fra campū martiū quodā loco ualde iutilia & pene ne  
glecta erāt mēnia cōfisis utputo ueteribus munimētoꝝ ti  
beris. Vitigis igit̄ lintres & rates & omīfariā nauigia ad  
pōtē Miluiū parari fecerat. Noctūq; latēter secūdo  
amne dimissis ratibus militibusq; īpositis urbē ī uade  
re cōstituerat. Multitudine enī exercitus ī exteriori ri  
pa existente per facile fore sperabat ut expositis p̄mis  
militibus aliq; atq; alii cōtinuo iisdē ratibus trāsierent



Vigiles modo qui in eo loco stabant cogitationem suam impedire uidebant: Ad hoc quesita duorum Romanorum ope pecunia sibi illos conciliarat traditumque eis sopiferum medicamentum uino admiscere iusserat ut uigilibus potum daret illi hausto potu sopiretur. His in hunc modum compositis alter eorum penitencia ductus rem. Belisario patefecit captumque altero medicamentum sopiferum quod sibi rex dederat repertum est ac tota rei series tormentis expressa huic igitur homini iussu. Belisarii nasus & auriculae aptate. Ipse a sino impositus per pincianam portam ad castra Gothorum missus est ut cognosceret. Vitigis detectam esse fraudem & conatum suum patefactum. His ita manifeste deprehensis. Belisarius post hac seruandas sibi inducias nequaquam existimauit. Quare ad Iohannem scripsit ut rem exequeret. Ille enim cum duobus equitum milibus agrum picenum peruadens uxores. natosque Gothorum cepit perdisque & rapinis regionem totam inuoluit. Vglitheum uero Vithigidis patruum cum Gothorum copiis sibi obuiam profectum proelio superauit ipsumque ducem cum magna parte copiarum occidit. Ita uictor factus omnia peruadebat. Captis pro multis agrum piceni opidis cum auximo copias admouisset. cognouit id opidum non magno Gothorum presidio custodiri: sed locum esse ualde munitum. Itaque nequaquam terendum in eo obsidendo tempus existimans ad ulteriora processit. Idem quoque statuit de Urbini obsidione. Urbs enim munita & ualida longam obsidionem necessario postulabat. Ipse in celeritate spem collocauerat: fanum & pisaurum cepit. deinde arimino copias admouit ductus illa spe quid ciues Ariminenes non bene conuenire

cum Gothis audierat. Cum ei municipio copias admouisset tantum terrorem intulit Gothis ut diffisi in eo loco consistere. Rauennam omnes demigrarent ciues autem portas sibi aperuerunt. Per hunc modum Iohannes ariminum cepit relictis post se duabus ualidis urbibus a Gothis custoditis auximo scilicet & urbino. Fuit hoc totum compositum Belisarii preceptum. Sed ipse prestare censuit ariminum capere quod circa auximum & urbinum in aniter desiderare inductus est insuper illa ratione: quid arimino tam prope quo Rauenne opido capto non erat credendum Gothis in obsidione urbis Romae permansuros: sed celeriter esse abituros quo: Rauennam circumque ea loca tuerent. Quod & factum est simul enim atque intellexerunt: Gothi ariminum esse captum obsidionem urbis Romae dissoluere atque inde abire statuerant. Itaque Vitigis paucis post diebus crematis castris cum omnibus Gothorum copiis abiit. In ipso quoque recessu magna detrimenta suscepit propterea quod media iam exercitus parte transgressa pontem Belisarius postremos a suis in uadi iussit: multisque Gothorum interfectis reliqui tanto tumultu & festinatione pontem transire coacti sunt ut ab utraque sponda multi in flumen precipitarentur: Durauit autem haec obsidio urbis Romae anno integro & diebus nouem cum Idibus fere martii in cepisset. Post solutam Romae obsidionem que ab utrisque facta ac prouisa fuerit persequimur: Vitigis enim licet Rauennam ireretur per arces tamem etruum & aliarum prouinciarum continere in potestate studebat. Quapropter mille equites clusium totidem urbe ueterem misit. Tuderti quingentos Auximi quatuor milia collocauit Urbini duomilia Cesena

Obsidio urbis romae  
fuit anno regno ad



quingētos Montiffereti totidē Ipse cū reliquo exerci-  
tu ad obsidendū ariminū pfectus est. Belisarius autē  
post recessum Gothoy Martinū & Ildigerē cū eqti-  
bus mille festinare ariminū iussit. Indeque Iohannē &  
eqtes qui cū illo erāt abducere. pedites uero ibi collo-  
care. Id ea ratione faciebat. quod optimū eqtatū nole-  
bat ab hostibus circūfideri. Si enī peditū copie arimi-  
ni forēt uix putabat. Gothos eā urbē obsidere uelle.  
Et si obsiderēt facilius tolleratuos obsidionē pedites  
q̄ eqtes existimabat cum equos in obsidione nutrire  
difficillimū sit pedites autē ex Ancona que urbs nup  
in fidē uenerat mari ariminum deferri cōmodissime  
posse. Ildiger ergo & Martinus celeriter profecti di-  
uersis ab hoste itineribus ariminum preuenerunt. Nam  
Gothi multitudine exercitus facere tardius iter cōpel-  
lebāt. hii expediti longe antecesserūt. Cū ergo ariminū  
puenissent. ac mentē iussimq; Belisariū significassent.  
Iohannes neq; ipse parere uoluit neq; Damianū pa-  
truelē cū suis eqtibus ad quadringētos hii fuerūt pare-  
re permisit. Quare Ildiger & Martinus arimino abeū-  
tes omnē eqtatū quē Belisarius Iohanni dederat ab-  
duxerūt relictis solūmodo peditibus & eqtatu pprio  
Iohannis & Damiani. Inter hęc Vitigis ueniens arimi-  
num obsedit. Primog; statim tempore ligneam turrim  
muroy altitudini parem fabricari fecit. Ducebāt uero  
eam turrim non boues ut Romę factū erat sed milites  
intra machinā inclusi. Eam igit tunc Gothi cont̄ illam  
muri partē ubi facilius erat aditus constituerūt postri-  
die urbem expugnaturi. Iohānes autē p noctē eductis

militibus fossam latam & pfundam ab ea parte effecit.  
Aggeremq; totū ad eā partē fosse que ad menia uer-  
sa erat congeffit. Ita longū hostiū laborē unius noctis  
opere frustratus facultatē admouēdi turrim ad menia  
sustulit. Vitigis nihilominus cōplere fossam in animo  
habebat totūq; exercitū parare fascēs & stipulā & ma-  
teriē iusserat. Ne uero turris ipsa nocte secutura ab hos-  
tibus cremaret; abducere illā retro uersus castra statuit.  
Id cum facerēt Gothi Iohānes eductis militibus illos  
opere occupatos inuadit. Commititū magnū & atrox  
preliū circa turrim multi Gothoy cadunt. Tandē post  
longū certamē turrim Gothi retraxerūt sed tanta suo-  
rum cede tantoq; detrimēto optimi cuiusq; pugnatoris  
in spem abiicerent ui. opidū expugnādi. sed fame puin-  
cere obsessos cogitarēt. Per hęc ipsa tempora mediola-  
nēsis legatis qui Romā uenerant auxiliares copias  
Belisarius cōcessit. Prefecit autē omnibus copiis Mun-  
dilam unū ex familiaribus suis uirū in p̄mis strenuum.  
Iuit etiā simul cū hiiis copiis fidelis Mediolanēsis quē  
domus regie p̄positū fuisse diximus. Hii omēs ex urbe  
Roma classe Genuā delati. Inde pedestri itinere Me-  
diolanū petierūt. Ne uero trāssitu padi detinerēt lem-  
bos uehicularum detulerūt qbus trāsmittere amnē possēt.  
Profecti igit ut diximus cū tandē transmissio pado ad  
urbem Ticinū que nūc Papiā dicit̄ p̄uenissent Gothi  
ex eo opido egressi illos inuaserūt. Quod enī id opidū  
arcē habebāt munitissimā multa ac p̄ciosa in ea. Gothi  
se posuerāt ac magno ualidoq; p̄sidio illā tuebāt. Cō-  
misso itaq; leui p̄lio Gothi intra urbem cōpellūt. Mū-  
dilas uero & copie per pontem qui iuxta urbem erat



transierunt In hoc loco fidelis mediolanensis occiditur  
Nam cum orandi causa templum quoddam intrasset & abeuntibus suis ipse postremis templo exieret equoque detractantes cecidisset hostes qui per omnibus stabant Hec cernentes impetu facto illum interfecerunt postquam Mundilas & milites id animaduernerent Eius uiri interitus magno dolori fuit & duci & militibus Erat autem uir domi nobilis & potens & qui multum iuuare susceptum bellum sua presentia potuisset Mundilas igitur & alii Mediolanum profecti in urbem recipiunt Inde Comum & Bergamum & Houaria & alie illarum partium urbes exemplum Mediolani secuti Mundilam & milites sponte sua receperunt Vitigis cum ea que Mediolani acciderant cognouisset Vraiam fratris filium magno cum exercitu ad ea loca transmisit: qui & contineret in fide ciuitates que nondum a Gothis defecerant & illas que iam defecissent recuperare conaretur Scripsit etiam ad Theudabertum francorum regem qui cum eo fedus nuper iacerat petens ut auxilia sua Vraie coniungeret: Et res quidem Gallie in hoc uel statu uel expectatione erant Belisarius autem cum maturesceret iam segetes Roma egressus exercitum in hostes duxit Gothi uero qui Tuderti & qui clusi in presidio relictii fuerant Belisarium aduersus se uenire sentientes quoniam sese impares fore tante dimicationis existimabant confestim missis legatis pacatione oppida dedidere Inter hec Vitigis alias in super copias auxilium misit Ea namque urbem retinere ac seruare penitus constituerat Misit & cum hiis copiis nouum profectum: qui urbi militibusque preesset nomine Vacinium Is ergo cum ueteri presidio uouas copias misisset Anconam finitiuam urbem que: Belisario presidere

tenebatur experiri constituit. Quare profectus cum omnibus copiis in Anconitanos duxit Ea ciuitas per id tempus in monte solummodo menia habebat: Planiora uero sub motem loca que edificis frequenterata essent tamen nullis menibus clauderentur Cum igitur aduentaret Gothi Conon qui profectus militum Anchone pererat: timens ne edificia suburbana habitatoresque eorum ab hostibus uastarent a superiori oppido descendens cum omnibus quas habebat copiis uenienti hosti se obiecit. Erat uero Conon admodum impar Quippe aduersus quatuor Gothorum milia ipse uix mille habens milites congregabat Itaque temerari cepti confestim penas luit Cum enim tantam multitudinem hostium ferre non posset: perfligatus ad extremum & in fugam uersus magnam suorum partem amisit & urbs ipsa uix atque anxia ea die seruata est Nam cum fugerent milites effuso cursu ad oppidum ciues ne mixti fugientibus hostes intra menia penetrarent portas trepidi cluserunt Itaque sub ipsis menibus magna strages est facta. Adeoque uergetis periculum fuit ut Conon ipse non aliter quam per funem demenibus dimissum in urbem receptus sit Gothi uero scalis admotis capere urbem conabantur. Alii igne coniecto edificia omnia que sub ipsam urbem fuisse diximus cremauerunt Haud multo post hec Ancone gesta Narses cum exercitu nouo uenisse in Italiam nunciatus est. Erat uero Narses eunuchus multumque gratia & potentia apud Iustinianum ualebat. Denique unus hic imperatoris aula plurimum gubernabat Idem quod maximum est pecuniarum imperialium receptor ac dispensator Idem consiliorum omnium particeps & interdum auctor. Adduxit autem in Italiam militum quicquid milia. Insignes uero inter hos erat Iustinus

*Narses aduenit  
italiam*





Illirici militis dux & alter Narses genere Persa. Se-  
cuti p̄terea fuerāt eruloy duo milia quibus p̄erāt Isan-  
drus & Phauotheus. Belisarius inter hęc audito An-  
chonitanoy periculo uenerat impicētes. Idē fecerat &  
Narses. Circa urbem simul duces ipsi & exercitus in  
unū cōuenerūt. Ibi cū de cōmuni bello consultarēt &  
quid potissimum p̄mo quoq; tēpore agendū foret q̄re-  
retur: difficultates quedam subesse uidebāt. Nam si  
auximū obsiderēt Iohannes & qui cū illo obsessi erāt  
arimini manifesto in periculo relinq̄bāt: p̄sertim cū ne-  
cessaria illis defecissent. Sin arimum uaderēt magne  
Gothoy copie que auximi erāt post terga remanebant  
cū periculo exercitus ac detrimēto puincie. In dicēdis  
autē sentētus pleriq; eoy qui ordines ducebāt temeri-  
tatem Iohannis accusabant: q̄ contra iussum. Belisa-  
rii sese arimini inclusisset q̄ supbia & auaricia ductus  
cuncta pro arbitrio fecerit nullo respectu ducis aut  
mandatoy. Id cū animaduertisset Narses ueritus ne  
his rationibus Iohannes negligeret erat enī sibi ami-  
cissimus in hūc fere modū sentēciā dixit. Cū de publi-  
ca o uiri utilitate cōsultatur: est quidē ut existimo utilitas  
ipsa per se inspiciēda nec aliis respectibus uel odii uel  
amoris pessūdāda. Atq; ego reōtis aliis cū rē de qua cō-  
sultamus attēdo hāc differētiā uideor mihi discernere  
quod si obsidionē auximi nūc differamus: nil tamē ue-  
tat post aliquot dies eādē obsidionē assumere: subuēire  
autē militibus q̄ arimini obsidēt si nūc differamus nō  
licebit postea subuētionē facere: fame enī domiti intra  
paucos dies sese dedere hostibus cōpellent. Quis igit̄  
rectus existimator dubitet: illuc esse properandū ubi

irreparabile periculū urget: At non meretur Iohānes  
quod & mādatoꝝ ducis cōtemptor fuit & se spōte sua  
in id periculū cōiecit. Sint hęc uera omīa que de Iohā-  
ne dicūtur. Quid ergo an odio Iohānis & urbem Ari-  
minū tanta existimatione dignā & optimos innocentissi-  
mosq; milites qui in ea obsident amittere sustinebimus  
Te autem queso dux optime ac prestantissime Belisari  
si a Iohanne offensus es uindictā eius delicti aduersus  
imperatorē Iustinianum exercere uis: cui & arimum  
& milites perirēt cū magno rei .p. uulnere. De nobis  
deniq; ipsis & de exercitibus nostris que tandē existi-  
matio erit si in oculis pene nostris perire solios & urbē  
obsessam capi ab hostibus nobis sedentibus & spectāti-  
bus p̄mittamus. Ego igit̄ hiis rationibus p̄motus du-  
cendū p̄pere arimum & opem obsessis ferendā cēseo  
postea uero & auximū & alia immica loca si id uidebit̄  
obsidendū. Adiuuauit Narsētis sentēciā quod littere  
Iohānis ad Belisariū scripte p̄ hoc ipsū tēpus uenerūt  
q̄bus fame cōfectos milites pepegit e morā septē dieꝝ  
significabat opemq; sibi p̄pere ferri postulabat. Sentē-  
cia. Narsētis in cōsilio app̄bata cū subuenire q̄ primū  
statuissent Belisarius in hūc modū p̄uidit: Primo Ara-  
tū cū militibus mille in illis ipsis locis remanere iussit  
eiq; p̄cepit ne se cōmoueat. ne ue fortunam ullā tentet.  
Castra solummodo si hostis adueniat tueatur. Deinde  
classē ornauit: impleuitq; militibus q̄bus Herodianū &  
Vliariū p̄fecit: iperū uero tocuis classis penes Ildige-  
rem esse uoluit. Nauēsq; statim arimum uersus nauig-  
are iussit. Partē uero exercitus Martino ducēdā tra-  
didit iubens ut equis sp̄tatis cum classe per littus iter



faceret. Cūq; in cōspectū uenissent hostiū tunc ignes de industria plures in castris fierēt quo maiorū copiarū opinionē pberent. Hiis itaq; per mare littusq; cōstitutis ipse diuersa a mari uia per urbē salniā tenuit: Ea fuit quōdā urbs magna satis quā Alaricus & Gothi q; pmi in Italiā trāsiuerūt: ad solū euerterāt ita ut pter ruinas nihil superesset. Per hāc igit trāsies Belisarius mōtibus iter fecit: uitata planiori uia quē per Fanēsem Pisaurē semq; agrū Ariminū ducit. Cum enī multo maiores hostiū copie circa Ariminū essent q; ipse habebat: ualidas etiā Gothorū copias Auximi relinqueret sibi post terga cēsebat igenio potius & astu esse utēdū aduersus Gothos q; iusta acie dimicandū. Profectus igit quibus diximus itineribus cū ad eos mōtes puenisset qui cont Ariminū insurgūt: quosdā hostiū ut par est in magno exercitu per ea loca uagātes offendit: qbus uel interfectis uel captis nōnullos eorū uulneribus faciē cesos dimitti iussit. Illi uero in castra Gothorū redeūtes Belisariū adesse cū toto exercitu nūtiarūt: Ad fidem uero huius rei uulnera recens accepta ostēdebāt. Erat uero meridies cū hęc in hostiū castris nūtiata sunt. Statimq; arma capere miles iussus: & in suos quisq; ordines reductus. Duces uero structa acie descēsum Belisarii expectabāt oculos cōtinuo ad mōtes unde uenire dicebāt cōuersos tenētes Belisarius in mōtibus ipsis castra fecerat pcul arimino meridiei itinere: nec ea die ad hostes descēdit. Itaq; Gothi frustra expectātes tādē ad ocalū solis acie dissoluerūt. Sed cū aduenisset nox ignes per multos in littore diuersa regione qua Belisarius uenire nūtiabat intuētes: erāt autē ignes quos Martinus atq;

eius castra faciebant maximo in metu ea nocte uersati sunt: nec fuit eorū quisq; qui somnū capet uel arma exueret. Die autē facta classem isup cōspitiūt structā ac paratā Arimino ppinquātē. Itaq; a duobus simul exercitibus & a classe mari terraq; circūuētus se arbitrati obsidionē illico dissoluerūt: nullo ordine Rauennā ex fuga repetētes. Ildiger cū classe pimus arimino applicuit: egressusq; in terrā castra Gothorum diripuit. Nec multo post Martinus & Belisarius cū exercitibus suuenerūt. Cū uero Iohānē & milites qui cū eo obsessi fuerāt pallore & media cōfectos Belisarius cōspexisset cōuersus ad Iohānē q; si eius temeritati illuderet pmagnas inquit gratias Ildigeri debes. Ad hęc Iohānes superbe nimiū respōdit. Se Ildigeri qdē nullas debere gratias sed Narseti oēs ostēdere uolēs nullā Belisario curā fuisse salutis sue nisi Narsetes compulisset. Verba hęc Belisariū turbarūt & fuerūt dissensionis iitiū Iohānes enī post hac Belisariū formidans Narseti adhesit. Ceteri quoq; familiares malis suasionibus Narsetem irritabāt: nec decere aiebāt qstorē iperū & secretorum oim participē secreta Belisarii seq; pserti cū ipse Narsetes haberet exercitū numero ac robore uiroꝝ pstantem longe Belisario exercitui: debereq; Narsetē recuperare Italie gloriā sibi nō Belisario uēdicare. Hęc narsetē ita extulerūt ut seorsum castra sua faceret: ac nihil ex his seq; uellet q; Belisario uidebant ac sua per se cepta cōsiliatq; de bello iiret: simul tñ ad obsidionē Urbini profecti sunt: nō tñ eisdē castris Sed Belisarius cont eam partē urbis quē ad orientē spectat solē. narsetes uero ad occidentē cōsedit. Cū uero expugnare urbē Belisarius



statuisset machinasque pararet: Narfes quasi rem uanā  
deridēs post paucos dies quā eo uenerāt deserta obsidi/  
one cū exercitu suo Ariminū rediit Belisariūque & suos  
reliquit deteriori cōditione quā si ipse ab initio nō uenisset  
hostes uero cernētes partē exercitus abire fiduciā supra  
modū assumpserūt: nec iam eā partē quę remanserat for/  
midabāt. Belisarius cōtra eā portā qua planior ad urbē  
est aditus: uineas agere incēperat & oīno expiri expug/  
nationē cōstituerat. Cū igitur se ad ista pararet felicitate  
quadā accidit ut fons qui unicus Urbini fuerat spōte  
sua exaresceret. Quare deterriti quę obsidebant partioē  
inita urbē dedidere ut Gothi urbinatesque ciues imperatori  
Iustiniano subessent equo iure cū aliis Italicis qui im/  
peratori pēbāt. Urbino recepto Belisarius quā nōdum  
auximi tētanda obsidio uidebat in Urbenetanos exer/  
citum duxit. Eius quoque urbis difficillima expugnatio  
erat. quā in saxo undique pēso cōstituta nullū fere aditū  
expugnātibus dabat. Sed spes erat in defectu frumētī  
lōgo enī bello attrita Italia ac multis exercitibus cal/  
cata singule ciuitates frumētī penuria laborabāt. Qua  
etiā penuria urbis uetus ad extremū domita ī Belisarii  
potestātē deuenit. Narfes cū arimini esset Iohānē Vi/  
taliani cū exercitu misit ad opidū Cesenā expugnādū  
Ibi dū mēnia scalis aggreditur repulsus multis uulne/  
ribus frequētes suorum amisit: & Phanotheus erulorum dux  
in ea oppugnatione iteriit. quōbrē Cesena desistēs Io/  
hānes ad forū Cornelii duxit: Eāque urbē dātibus sese  
icolis suscepit. Per idē tēpus Mundilas & qui cū illo  
Mediolani erāt maximis difficultatibus inuului cepūt  
Theudebertus enī frācorū rex ab Vitigide ut diximus

ex federe postulatus. x. milia Burgundionū ad Vraia  
miserat. quē ille multitudine fretus nō pcul Mediolano  
castra faciebat & importationē frumētī ceterisque cōmeatus  
oēm impediebat. Mundilas copias suas Comi & Ber/  
gomi & Nouarie necessario dispartitus fuerat. Ipse uero  
nō magnū equitum numerū secū habebat. Sed nō erat  
in defensione urbis difficultas. Mediolanenses enim  
ciues unanimiter ad defensionē cōcurrebant. Sed de/  
fectus annoē in urbe populosissima timebat: si barbari  
diutius stare in his locis sinerēt. Hęc igitur itelligēs Be/  
lisarius Martinū & Vliariū cū magnis copiis misit ut  
mūdile cōiūcti barbaros submouerēt. Hi cū ad flumē  
Padi puenissent quō distat Mediolano unius diei iter  
nō ausi trāsire flumē timore hostiū diu in his locis dese/  
derūt spē mūdile & obsessorum dieti frustrates: polliciti  
enī sese trāsituros esse Padū & mediolanū accessuros  
nihil pmissorum exēbant. Obsessis uero in dies spes ac/  
uictus deficiebat. Tandē uero post longā expectationē  
Martinus & Vliarius ueritatē fassi Belisario signifi/  
carūt se solos cōtātatas hostiū copias trāsire non posse:  
nisi uelēt ad manifestā pñitiē proficisci: daret operā si  
sibi uiderēt ut Iohānes & Iustinus qui exercitum non  
pcul Bononiā haberēt secum iungerent. Belisarius his  
auditis cōfesti Iohāni Iustino scribēs pcepit ut copiis  
suis cū Martino cōiūctis Mediolanū festinarent ad  
liberādū obsidione soltos in extremo piculo cōstitutos  
Illi autē nihil se facturos absque Narsetis iussu respō/  
derūt: Rursus ad Narsetē Belisarius de ea re scripsit.  
Qui quāquā cōcederet exercitū illuc pficisci: tamē quia  
Belisarii fuerat ceptū lēte admodū & incuriose quasi



Mediolanij clades

alienū negotium agebat. Per hunc modum dilata res frustrationē suscepit. At mediolanū ī dies acrius pmebat et fame iā intollerabiliter laborabat. interq; spē & metū traducta ciuitas eas ptulit difficultates & āgusti as que uix hoibus pferēde sunt Tandē ad extremam necessitatē pducti Mūdilas & milites ut in colūibus sibi abire liceat pasciscūt. Gothi autē urbē īgressi nulli etati pepercerūt. Trucidati passim ciues nō modo qui arma ferre possēt uerū etiā senes & īpuberes: mulieres in seruitutē Burgūdionibus tradite urbs ad solū euerfa reparatus quidā Romanus ciuis in ea urbe captus minutatim a Gothis concisus & canibus traditus est. Ita pulcherrima ac populosissima tocius Italie urbs ob discordiā Narsetis & Belisarii ultimā cladē subiuit Interfecta sunt in illa uastitate Mediolanēsiū ciuiū supra xxx. milia Que cū audisset Belisarius ī maximo luctu cōstitutus est. Impatoriq; Iustiniano scripsit rei tocius initiū & pgressum. Iustinianus autē cū ista cognouisset egere ptulit nō tñ qnq; puniuit. Narsetē solūmodo ab Italia reuocauit: auctoritatēq; tocius belli penes Belisarium esse iussit. Ex hoc Narsetes cū parte copiarū in Grētiā abiit. Belisarius autē cū oibus reliquis copiis in Italia remāsit: Qui cū de bello gerēdo liberius iā cogitaret quāq; omnis eius cura in Vitigim & Rauēnam erat cōuersa: tñ duo pus opida Gothis adimēda statuebat: q; aduersus Vitigī & Rauēnā exercitū duceret. Erāt uero hęc opida auximū & fesule: ambo situ locoq; munitissima: ambo ualidis Gothoꝝ presidiiis custodita. Neq; enim Auximū post terga relinqre uolebat: cum essent in ea urbe supra tria milia delectoꝝ militum per

magna īpedimēta lotius īferre Valētū. Neq; Fesulas qm tenētibus eam urbē Gothis nihil per Etruriā fore quietū existimabat. Exercitu igit trisariā ptito ipse cū una copiarum parte ad obsidionem Auximi proficisci statuit. Aliā uero partē cū Cipriano & Iustino pfectis Fesulas misit. Terciā copiarū partē Martino & Iohāni Vitaliani ducendā cōmisit: iubēs ut circa Padum cū hīs copiis castra faciāt. Vraiāq; & copias eius ī illis locis q; maxime fieri potest distineāt: ne in Tustos uel in Picētes ad dissoluēdas obsidiones uenirēt. Quod si cūtinere illū ab aduētū neqrēt: ueniētē pone cōsequāt. Martinus igitur & Iohannes cum ea quam diximus copiarum partem in Galliā profecti Dertonā urbem iuxta Padū sitā occuparunt: indeq; Vraiā & Gothos infestare ceperūt. Ciprianus & Iustinus cū aliis copiis Fesulas adeuntes qnanq; difficillima eius urbis erat obsidio propter naturam asperitatemq; situs. tamen de superiori loco qua planior est aditus q; pxime admotis eam urbem obsederūt. Belisarius autem ipse cū longe ualida manu Auximum circūsedidit. Vitigis optimum quēq; Gothoꝝ Auximi collocauerat: summaq; illi cura fuerat eius urbis muniēde: cōiectās id quod uerissimū erat nunq; Belisariū ad oppugnandam Rauēnam esse profecturū nisi Auximū prius in potestatē redegisset. Cum sitū naturāq; loci Belisarius specularat esset: spē omnē deposuit Auximū per uim expugnādi: Sita est enim urbs loco satis arduo: ac in super manus egregia delectoꝝ militū eā tuebat uel in campestri certamine repugnare apta. Spes uero unica superat fame ac īopia rerum domitandi pꝛsertim cū multitudo ingens intra



urbem obsideretur. Quare Belisarius oppugnationem  
omittens circa mōtem undiq; posuit castra intentus q̄  
maxime ne quid importari ad obsessos ualere. Ceterq;  
ea circuitio castrorum ut ad prohibendū importationē  
utilis erat: ita inutilis contra subitas hostiū inuasiones.  
Nam qui obsidebātur contra quas libitū erat castrorū  
partes de superiori loco repentinos impetus faciebant.  
Cetera uero partes longe aberāt: nec opē ferre milites  
facile poterant. hostes igitur per hunc modum assidue  
castra fatigabant: crebraq; ex eo prēlia committebātur.  
Erat prēterea non procul ab urbe locus quidam irri-  
guus: in quo herba plurima oriebatur. Hic locus quasi  
campus fuit quotidianorum certaminum: cum obses-  
sores & obsessi pabulationem ex eo quererent: & ac-  
censis hinc inde animis non nunq̄ totis pene castris:  
eo concurrentibus certaretur. In hiis preliis Belisarii  
milites multitudine: Gothi situ preualebant. Virtute  
pares utriq; habebātur. Hęc eadem certamina Fesulis  
erant. Nam & inuasiones frequentes & quotidiana  
prope prelia inter obsidentes & obsessos committe-  
bantur. Et unica spes obsidentibus erat: fame ac de-  
fectu rerum necessariorum obsessos peruincere. Nam  
ui expugnandi urbem munitissimam nulla erat spes.  
Quare undequaq; circumdantes oppidum stationibus  
militum oportunis locis dispositis omnem importandi  
facultatem abstulerant. Cum hęc esset conditio belli  
Auximūq; in Picētibus: Fesule uero in Tuscis enixe  
obsiderentur: noue protinus res circa Padum exori-  
untur. Frāci enī Theudoberto duce superatis alpibus  
per citeriōrē Galliā ingenti multitudine descenderūt.

Causa uero transitus eorū ut postea cognitum est: illa  
fuit: quia cum uiderēt per citeriōrē Galliam bellum  
geri dolebat gens bellicosa ac pene immanis finitimā  
sibi regionē premiorum eorum qui uicissent futuram  
iplos uero spectatores ociosos sedere: eos uicinos ex-  
spectātes quos uictoria prebuisset: hęc trāseundi alpes  
causa fuit. Vraias per id tempus crebris a Vitigide  
litteris euocatus Padū transierat: Rauennā cū exer-  
citu petiturus. Martinus autē & Iohānes a Belisario  
nuper missi Vraiam preueniētes castra nō pcul ab eo  
fecerāt: ut si qua possent transitū prohiberēt. Distabāt  
uero eorum castra ab Vraia castris milia passuū circiter  
septē. Inter hęc franci circū ea repente loca superue-  
nerūt. Hos Vraias & Gothi propter fēdus nuper ictū  
auxiliares sibi uenisse arbitrabantur ut superiori anno  
Mediolanēsi bello fecerāt. Erāt uero Franci qui tūc  
cū Theudoberto alpes transierant ad octoginta hoīm  
milia: horum ppauca equites erant circa ipsum ducem  
Cetera uero multitudo omnis pedestris. Arma uero  
ferebant: non pila: non arcus: sed ad protegendum  
quidem corpus scutum & galeam: ad feriendum autē  
hostē gladium & securim bipennem. In preliis autem  
maxime securibus utebantur: quibus ex composito fe-  
rientes scuta & galeas hostium perfringebāt: ut nemo  
aduersus tantā uim resistere ualere. Hi ergo ut amici  
Gothorum Ticinum amnem apud oppidum Papiam  
pontē trāsgressi magnas postea Papiensibus intulerūt  
clades: ac immanitate quadam Barbara filios uxoresq;  
Gothorū per agrū reptos occiderūt. Moxq; trāsmisso



pado ubi castris *Vraie* propinquarunt: sine cōsilio sine temeritate multitudinis rixa & p̄lio cū Gothis impli cantur. Nec prius finis p̄liandi fuit q̄ Gothi in fugā uerſi castra sua deseruerunt: fugientesq; non longe a nostrorū castris admirationē plurimā *Belisarii* militibus intulerūt. Nihil enim audierāt de aduētū *Frācorū* *Belisariū* ignotis abditisq; itineribus uenisse ad opprimendum *Vraiam* existimabant. Armis igitur raptim sumptis cum aliquanto progressi fuissent: inopinato *Francis* occurrerunt: inuitiq; pugnare coacti cito franguntur. Neq; repetere castra ausi sola fuga sibi consulerūt. *Franci* uictores una eademq; die *Gothorum* & *Belisarii* copiarū castra utraq; ceperūt: in illisq; constituerunt: cōmeatu in utrisq; satis abunde inuēto. *Vraias* ex fuga *Rauennā* *Belisarii* autē copię per *Placētinoꝝ* & *Parmensiū* fines supato *Apennini* iugo in *Etruriā* abierunt. Hic subitus *Francorum* aduentus *Vitigim* simul *Belisariū*q; turbauit. Maxima uero formido *Belisariū* habebat ne *Franci* in *Etruriā* descenderēt & copias illas quę *Fesulas* obsidebāt opprimerēt. Est autē breue expeditūq; iter per *Placētinū* *Parmēsemq;* agrum in *Etruriā* descendentibus. Sed *Franci* commorātes circa *Padū* cū neq; uina neq; cetera oportuna reperirēt: utpote in regione lōgo bello afflictā tātūmō bouina carne & aqua *padī* uescerētur in uarios lāgores breui ceciderunt. Quibus uexati cum frequentes eorū morerentur: statuerunt retro abire: ac per eadē uestigia qua prius uenerant in *Galliam* ac *transalpes* redierūt. *Transitus* igitur *Francorum* hic finis tunc fuit. Qui

uero *Fesulis* obsidebātur *Gothi* cum fame p̄merent ac sepius postulata auxilia non uenirent: tandē pactiōe urbē *Cipriano* & *Iustino* dedidere. Illi autē susceptis *Fesulis* ac p̄sidio militum imposito cum reliquis omnibus copiis auximum profecti sunt. Nam *Vitigis* cū toto *Gothorum* robore illis qui auximi obsidebantur latuꝝ sese opem promittebat. Et *Vraie* p̄sentia hoc ipsum polliceri uidebatur. Quare *Belisarius* quoq; eo copias undiq; cōtrahere coactus est: ne lōgus obsidiōis labor in irritū caderet. Verū cū auxilia sepius promissa obsessis nequaquā uenirēt: ipsi tamē p̄ter opinionē pertinaciter durarēt: statuit *Belisarius* eos necessitate aliq; ad deditiōem cōpellere: cuius rei gratia hęc machinat̄ Fons erat perennis aque extra mēnia *Auximi* ab ea parte oppidi quę ad septentriones spectat: ita propinquus mēnibus: ut intra iactū lapidis foret. Eum fontē *Belisarius* tollere constituit: quoniam animaduuerat obsessos ex eo tantūmodo fonte aquam habere: huius igitur rei confitiende causa sub primam statim lucem armari exercitum iubet atq; ex composito ad mēnia accedere. *Gothi* uero oppugnationem oppidi parari existimātes per mēnia oportuis locis cōstiterūt. *Belisarius* quicq; uiros huius artificii gnaros cū dolabris & malleis ad hoc ipsum paratis multorum clipeis protectos ad fontē effodiēdū destruēdūq; submisit. Qui postq; eo uentum est: fornacem quo fons desuper contegebatur subeuntes securi iam a telis quę de mēnibus mittebāt demoliri fontē ceperunt. At enim *Gothi* postq; intellexere omnem conatum fieri ad fontem demoliendum



egressi oppido preliū accerrimum inierūt. Pugnabatur sub ipsis menibus loco difficili & procliu: Gothi ad fontem tutandum accedere nitentibus: Belisarii militibus enixe repellentibus. In hoc prelio multi ceciderūt plurimi tamen ex Belisarii militibus. Nam Gothi de superiori loco ferientes perfacile hostes cōfitebāt. Sed aderat Belisarius adhortator presensq; magna uoce suos ipellebat: nec pedē referre patiebatur. Integros ī sanctiorum & cadentium locum continuo submittebat. Id certamē ad meridiē usq; puenit: cū fere ab ortu solis ceptum fuisset: tandem maiore conatu subnixi milites Gothos intra mēnia refugere compulerunt. Moxq; retro abeūtes eos quos ad demoliendū fontē miserant reuocarunt putantes opus iam pridē esse perfectū. At illi uix paruā aliquā receptaculi partē demoliti fuerāt. Causa uero huius erat: q; antiquitus tāta diligētia edificatus erat fons: ut multo facilius de uiuo saxo q; de muro eius demeretur. Cum igitur labore irritō susceptum id certamē appareret Belisarius quod reliquū erat: & succo herbarum maligno: & cadaueribus iumētorum & lapide quem assuetum uocant inficiendam eius fontis aquam curauit quo ad eam penitus inutilē reddidit. Gothiq; iam penuria aquarum laborātes nix atq; anxie puteis quibusdam exiguam corruptamq; prebentibus aquam sustētabantur. Post hęc Belisarius neq; prelio amplius laceffere obsessos neq; molestias inferre ullas curauit: sed quiescendo assidendoq; finē expectabat. Orta demum mentio est deditiois: postulantibus Gothis incolumitatem & asportationem rerū

suarum in urbem Rauennam profecturis. Quę audiēs Belisarius secū ipse ambigebat. Nam tot tāq; egregios bello homines dimitti & augeri hostium uires qui Rauennę conuenerāt: alienum ab utilitate publica existimabat: & sedendo ad Auximum tempus in longū terere periculosum arbitrabatur: presertim cum Fraci dicerētur in auxilium Gothorum esse uenturi. Maxie uero refragabātur milites qui ex longa obsidionis erūna pređam ex oppido affectabant: nec ulla pactione se illa priuari patiebantur. Demum cum Gothos penuria ac defectus rerū: Belisarium autē importunitas temporis urgeret: composita res est magno Belisarii labore ut dimidia rerum pars militibus in pređam daretur: reliquā Gothi retinerēt. Vtq; Gothi qui erant Auximi in exercitu Belisarii remanerent equo iure cum aliis militibus. Per hūc modum compositę res sunt & oppidum pactione traditum. Auximo recepto Belisarius aduersus Vitigim & Rauēnam ducere constituit: cōtractis undiq; copiis. Eo profectus statī primo aduētū Maximum unum ex prefectis suis cum parte copiarū ad obseruādas custodiēdasq; Padi ripas misit: nequid exinde Rauennā importari ualeret. Vnum enim eius fluminis os non procul Rauenna mare influit. Vnde etiam fossa quadā diriuatus Amnis Rauennā deducebatur. Volens igitur ante omnia hanc opportunitatē auferre Belisarius Maximū cum parte copiarū citeriori ripe custodiēde prefecit. Venit etiam ex Dalmatia Vitalis cum aliis copiis a Belisario euocatus: & alterā eius fluuii ripam obsedit. Accidit uero per hoc tēpus



res mirabilis & prius inaudita. Nam cum magna nauigiorū multitudo ex Gallia ueniret: frumentū ceterūq; com meatum Rauēnam ferentium flumen ipsum ulq; adeo decreuit: ut pleraq; nauigia destituerēt. Ex quo factū est ut a militibus Belisarii omnia caperēt. Nec multo post eas captas flumen in suam magnitudinem rediit. Hoc fortune inditiū p̄mum fuit ceptis Belisarii fauentis nō enim stabat memoria ullo unq; tempore id antea contigisse. Flumine igitur Padi facultas importandi Rauennam per hunc modum sublata est. Mari uero importari nihil poterat cum ubiq; Gothorū hostes mare possiderent. A terra uero Belisarius cū exercitu urgebat: nec importari quicq; patiebatur. Cū Rauēna in hunc modum obsideretur Frācorum legati ad Vitigim uenerunt offerētes Francorū in Italiam trāsitū ac liberationem obsidionis: copiarumq; Belisarii certisimā cladem: si in societate dominationis Gothi recipe Francos malint. Hęc magna uerborum iactantia per legatos Francorum explicata mentes audientū extulerunt. Quingenta enim armatorum milia trāsitura in Italiam pollicebantur: quę Belisarius si sapiat: nunq; sit expectaturus: uel si expectaret: securibus Frācorum cum suis omnibus confestim mactatum iri predicabāt. Hęc tā grandia partim extollebāt Vitigim & Gothos partim deterrebāt. Nam uenturos in Italiam Francos ac uictores fore non dubitabant. Sed regni societatem seruatuos esse nullo modo credebāt. Itaq; non minus in perniciem clademq; Gothorum uētuos esse Frācos suspicabantur q̄ in perniciem hostium suorum. Hanc

eorum suspicionem augebat Belisarius. Dux enim sagax & rebus gerēdis aptus cōfesti ubi uenisse legatos Francorum cognouit suos & ipse legatos Rauennam misit: qui & concordia Gothis cum imperatore romano offerrent: ac infidelitatem Francorum commemorādo ab illorum societate deterrent. Gothi igitur Frācorū & Belisarii hinc inde auditis legatis: quid optimū foret consultantes post longam disceptationem imperatoris concordia p̄tulerunt. Per hunc modū legati Frācorū irrita legatione dimissi sunt: & frequentes post hac cū Belisario tractatus habiti: crebriq; hinc inde nūti oratoresq; com meatant. Deniq; tractatarū rerū hic exitus fuit: ut controuersie omnes ad arbitrium imperatoris Iustiniani delegarentur. Huius rei gratia oratores ad Iustinianum missi & indutie quędam inter obsessos & obsidentes fuere. Inter hęc accidit ut horrea publica quę erant Rauenne cum omni frumento cremarentur quę quidem res in maximas difficultates Gothos adduxit: cum & frumenta incendio consumpta essent: & Belisarius importari non sineret: illa ut aiebat ratione quo magis ad equas conditiones Gothi descenderent. Suspicionem uero non paruā afferebat Vitigidi: quod unde prouenisset incendium ignorabatur: alii fulmine ista conflagrasse putabant: alii de industria iniectum ignem a quibusdā maliuolis: alii opera Belisarii factū suspicabantur. Regina quoq; i suspicionē huius incēdii ueniebat: qm̄ inuita ac repugnans uiolentis nuptiis ab Vitigide fuerat in matrimonium accepta: inimico atq; infenso animo erga uirum esse putabatur. Hoc igitur





frumenti incendium Vitigim & Gothos plurimum turbauit: & quasi in desperationem adduxit. Siue enim fulmine prouenisset incendium: sibi deum ac celos aduersari putabat. Siue de industria factum esset: quibus iam confiderent nesciebant. Defectus certe Annone breuiter impendebat: nullaque superat importandi spes: quoniam Belisarius post cremata horrea diligentius obseruabat ne quid importaretur. Per hoc tempus Gothi qui alpes incolebant plerique se Belisario dedere uelle significarunt. Sunt uero per alpes plurima castella que a Gothis antiquitus ibi collocatis tenebantur. Alpes enim Italiã a Gallia determinat mirabilique altitudie insurgunt difficilimosque aditus habent: ualdeque intererat eos aditus custodiri. Qua de causa Theodericus Gothorum rex & ualidam Gothorum manum cum coniugibus & liberis per eos saltus collocauit. Castellaque & arces illis attribuit. Sisigim igitur unus ex Gothorum proceribus qui in alpibus castella quedam habebat primus omnium Belisarii milites ad ea loca missos sponte suscepit: & alia castella idem facere suadebat. Erat per id tempus Vraias in citeriori Gallia exercitumque parabat: quo Rauennã proficisceretur. Collegerat uero iam in exercitu ad quattuor milia militum horum magna pars Alpini erant. Qui postquam audiuerunt Sisigim ad hostes defecisse castella uero & arces in quibus ipsi natos uxoresque habebant tentari ante omnia eoducere Vraiam compulerunt. Igitur cum omnibus copiis quas parauerat in Alpes profectus Sisigim & milites Belisarii obsedit. Hec rursus cum audissent Iohannes uitaliani & Martinus

qui castra tunc per Galliam fatiebant: sine ulla mora & ipsi in Alpes profecti castella quedam in ipso itinere ceperunt. In his frequentes uxores & filii eorum qui cum Vraia militabant capti sunt: que postquam intellexerunt parentes ac mariti: eorumque propinqui desertis Vraie castris ad hostes transfugerunt: quo suos recuperarent. Per hunc modum Vraias a militibus suis destitutus cum paucis in Galliã reuersus parandi amplius copias aut succurrendi obsessis cogitationem abiicit. Ita Vitigis & Gothi qui Rauennã erant deserti a suis ac omni spe destituti obsidebantur: maioresque continuo difficultates subibant. Cum hec esset conditio rerum apud Gothos legati ab imperatore uenerunt Dominicus & Maximinus ab eo ex senatu: ferebant uero Iustiniani responsum ad ea que Vitigis & Gothi de concordia postulauerant. Summa decreti Iustiniani hec erat. Vitigis omnia transpadana loca retineat: circa Padum uero cuncta dimittat. Mediana uero pecuniarum regalium parte imperatori tradat reliquam partem retineat. Gothi uero omnes qui citra Padum incolunt subiecti romano imperio sint. Locuti ergo prius cum Belisario legati: deinde Rauennã ingressi mandata exposuerunt: que letis animis ab Vitigide ceterisque Gothorum proceribus audita & comprobata sunt. Belisarius autem hec magno cum dolore audiebat secum ipse indignas ac grauiter ferens quod cum plene habere uictoriam de Gothis posset: sibi auferebatur. Itaque redeuntibus paulopost legatis ac suscriptione eius postulantibus subscribere noluit. Que quidem res per magnas apud Gothos suspensiones peperit: uerentes ne dolosa



pacis simulatione decipiatur palamque dictitare ceperunt se nisi consentiat Belisarius nihil de pace esse facturos. Legati uero ipsi & qui ordines in exercitu ducebant: Belisarii factum ualde indignabantur: eumque non parere Iustiniani decretis inter nefaria reponebant. Nataque ex his suspitio est: quasi Belisarius ipse imperium affectaret ac tota mente ab alienatus a Iustiniano esset. Et haec suspitio plurimum eo tempore increbuit. Qua opinione inducti clam ad eum Gothi miserunt. Hortantes ut non alteri sed sibi ipsi occidentale imperium comparare uelit Gothos enim si id faciat: sibi sponte ac uoluntarie parituros esse aiebant: regnumque Italarum simul atque Gothorum cum indelebili potentia habiturum. Nec nuntiabantur clam a proceribus Gothorum. Sensit Vitigis haec oblata suosque & ipse mittens nuntios ad haec eadem Belisarium cohortatus est. Belisarius igitur ista considerans ac utilia fore arbitratus si cum sapientia gubernentur: Iohannem Vitaliani & Bessani & Aratum magnos in exercitu homines sed nequaquam beniuolos sibi diuersa in loca cum suis quaque copiis ablegauit: simulata causa quasi tante simul copiae difficiliter alerentur: alibi uero pabuli & commeatu maior facultas esset futura. Haec fingebatur causa. Ceterum illi allegabantur: ne praesentes quicquam turbarent. Ipse autem post haec omnibus qui ordinem ducebant in unum uocatis cum de Gothorum difficultatibus differuisset. Quid diceretis inquit: si non solum ea quibus imperator noster contentus esse uidetur: sed etiam multo maiora praesenti bello adipisceremur. Tunc pro se quisque laudauit maiora fieri si possint: his ita

auditis non aliter patefacta re consilium dimisit. Nec multo post quodam e suis Rauennam misso significauit se constituisse ea facere quae illi suasissent: eosque hortatus est ad rem accelerandam. Gothi autem utpote qui iam fame premebantur: sine ulla mora legatos cum auctoritate publica ad Belisarium miserunt: hi cum in castra uenissent: nihil coram militibus locuti sunt. Sed Belisarium secreto conuenientes se ea de causa uenisse dixerunt ut fidem promissionemque ac iusiurandam ab eo suscipiant. Erant uero promissionum genera duo: unum de legitima gubernatione institutisque Gothorum conseruandis: ac nemini succensendo pro his quae superiori tempore facta essent: & alia huiusmodi quae plura. Aliud quod ipse Italiae Gothorumque post haec rex erit. Haec si ille promittat & iuret sibi portas aperituros esse Gothos: eumque cum toto exercitu in urbem Rauennam recepturos dixerunt. Belisarius cetera iurauit omnia quemadmodum legati postularunt. De regno autem suscipiendo: cum Rauennae foret coram Vitigide ceterisque Gothorum proceribus se prestaturum iusiurandum dixit. Legati uero nequaquam suspicantes quin rex esse uelit: iusiurandum in hac parte ab eo capere distulerunt: quasi mox Rauennam ingressos coram proceribus id foret prestaturus. At Belisarius longe alia mente agitabat. Iustinianus enim dudum cum Belisarium bello gerendo profecerat: magnis iuramentis eum obligauerat: ne regnum ne ue imperium se uiuente assumeret ne ue se nuncupari haberet ue tyrannus: aut rex uel imperator patiatur. Haec ille iurata seruare inconcussa fide statuerat: uerbaque Gothis in hac parte dabat. Tunc igitur



his ita gestis Belisarius uolentibus Gothis in urbem  
Rauēnā uocatus est. Ille autē ornato exercitu classeq;  
parata qua comēatū omnis generis abunde deferret  
magna Gothorū exercitusq; letitia Rauēnā ingreditur  
Cum uero ingentes Gothorum copię Rauenne essent  
uolēs Belisarius eas copias minuere: paucis post ingres-  
sum diebus licentiā omnibus qui citra Padū incoherēt  
dedit domum remeandi. Illi uero longa militia defessi  
libētissime ad suos redierunt. Ita multitudine Gothorū  
que Rauēne erat attenuata Belisarii exercitus lōge po-  
tentior ac plane dominās intra Rauēne mēnia remāsit  
His ita confectis Gothorū proceres qui ubicunq; per  
Italiam erant uel ipsi uenerūt ad Belisarium Rauēnā  
uel oratores suos miserunt. Sed cum susceptio regni a  
Belisario deferretur: eaq; res admirationē primo mox  
& suspicionem pareret: auxit mox eam suspicionem  
Belisarii reuocatio a Iustiniano facta: nam fama incre-  
buerat & detulerant quidā Belisarium affectare Italię  
regnum ac iam plane suscepisse quo metu Iustinianus  
illum ad se confestim ex Italia reuocauit. Gothi autē  
hoc sentientes sibi ipsis ab initio psuadere nullo modo  
poterant: illū ad imperatorē Iustinianū esse rediturū  
Sed postq; apparatus fieri uiderunt: ac omnia disponi  
que ad profectioem eius fieri oportebat deceptos sese  
ac plane circumuentos a Belisario cognouerunt? Sed  
quid agerent. Ille enim Rauennam & proceres in po-  
testate sua habebat: ut ne querele quidē libere forent.  
At enim qui transpadū erant Gothi ubi hęc senserūt:  
Papię conuenientes ac multum inter se conquesti de

communi gentis calamitate ac de Belisarii fraude tādē  
Vraiam constituere sibi regem uoluerunt. Quod ille  
passus non est: maxime illa se ratione excusans: quod  
cum fratris filius Vitigidis esset: neq; pia neq; honesta  
facere uideretur si illo uiuēte ipse regnū assumeret: hac  
ille ratioe pbabili se excusans auctor fuit ut Ildouadus  
rex constitueretur uir magne inter Gothos auctoritatis  
magneq; potētie: & qui longo tempore Verone domi-  
natus esset. Is ergo tūc ex urbe Verona Papiā euoca-  
tus purpuręq; indutus rex Gothorum appellatur: ac  
de salute gentis sue cogitare iubetur. Ildouadus ergo  
per hunc modum factus rex statim oratores Rauennā  
ad Belisariū misit: qui cōmemorata illius promissione  
dudum facta de regno Italię Gothorumq; suscipiēdo  
defectum fidei palā arguerent: ac ea fraude deceptos  
fuisse ab eo Gothos quererentur. Pro inde si etiam tūc  
adimplere promissa ac rex fieri uelit: idq; facto osten-  
derit. Ildouadum offerre se Rauennam esse uenturum  
ac purpuram ad pedes eius positurum. Sin imperatoris  
seruus esse malit: q̄ ipse imperare: ne grauitē ferat: si  
Ildouadus & Gothi qui reliqui sint: de cōmuni gentis  
salute prouidere nitantur. Hęc summa orationis fuit.  
Belisarius palā ad hęc respondit: se uiuente Iustiniano  
imparatore nūq; regnum esse suscepturum. Cum hoc  
responso legati ad Ildouadum Papiam redierunt. Et  
Belisarius parata classe cū Vitigide ac ceteris Gothorū  
proceribus cunq; thesauris regiis Bisantium nauigauit  
quinto anno postq; bellum in Italia gerere icēperat.

Ildouadus rex  
gothorū.

Belisarius p. g. g.  
billa g. s. it. it.



## INCIPIT LIBER TERTIVS

**Q**UVM BIZANTIVM PERVENISSET Belisarius: magna letitia a Iustiniano susceptus: plurimogq; in honore habitus soem: que de se prius habita fuerat: suspicionem deleuit. Gothi quos secum adduxerat huane benigneq; recepti sunt: & cu admira-  
tione quadam cōspecti. Nec id qdē imerito illis cōtingere uidebatur. Erat enim Vitigis Gothorum rex qui nup urbem Romā tanta multitudine obsederat: & Amalafuenta eius uxor quondam Theoderici Gothorū regis qui Italiam possiderat neptis: preterea Ildouadi tunc regis filii duo quos Rauēne penes Vitigim reptos nō dimiserat Belisarius: sed unafecū in gretia abduxerat. Erant & alii Gothorum proceres quos intuebatur oēs Belisariq; uirtutē que tantas res confecisset admirabatur: tollentes in celum laudibus quod nuper Africam nunc Italiam ad Iustiniani imperium rede-gisset. Et i Greta quidem res huiusmodi erāt. In Italia uero post Belisarii discessum apud Iohānē & Bessam & Vitalē Iustiniano iubēte gubernatio remanserat. Venerat enī Constātinus ex Dalmatia qui & ipse numero gubernatorum additus est. Confestimq; aparuit quantū inter gubernationem horum & Belisarii interesset. Vt enim omittam rei militaris scientiam qua omnes etatis suę duces lōgissime superauit: erat in illo huānitas summa per quam pauperi equę ac opulento sese impartiebatur. Accessus uero ad eum faciles ac liberi cuiq; generi

hominum: preterea liberalitas admiranda. Militibus qui equos, aut arcus, aut arma non ignauiter amisissent continuo alia donabat. Rusticorum uero tantam hēbat curam ut inducendo exercitu neminem eorum molari: nemini damna inferri pateretur. Ne poma quidem in arboribus pendētia milites sui attingere audebāt. Hac ille seueritate discipline consequebatur: ut castra eius abundantiora essent q̄ ullum in urbe forum. Ita libera & secura erat rerum uenaliū importatio. Abstinentia uero eius erga ciuitates sotias & amicas nō satis digne queat referre. Maxima illius beneficia in ciuitates nulle unq; uexationes audiebātur. Qui uero in gubernatione successerunt: neq; humanitate neq; uirtute neq; abstinentia pares fuere. Nam & ipsi rapinas p̄dalsq; sectabantur: & milites in omnem licentiam prolabi p̄miserunt: superbi quidem in sotios: in hostes uero non satis feroces. Itaq; res breui tempore retrouerti & in ruinā tendere manifeste ceperunt ut: deinceps a nobis ostendetur. Ildouadus Gothorū rex ut supra diximus nouiter constitutus post Belisarii discessum: summa cū diligētia res exequebatur. Gothos enim oēs & italicos qui cū Gothis sentiebant arma capere & ad p̄scriptū diem Papie conuenire iussit. Paruus quidem ab initio exercitus fuit: sed cōtinuo augescens ac spem assumēs idies meliorē. A diuabat uero nō mediocriter Gothorū partes auaritia & iniuria aduersariorum. Exactores enī peccuniarum fisci nomine a Iustiniano in Italiā missi populos uexare mirabili acerbitate ceperūt: & ad indubitaram peccuniarum solutionē compellere. Rationes



liquidem reposcentes oim quecunq; sub Theoderico primo Gothorū rege uel sub alio deinceps regū italici administrassent: & magistratuū quoscunq; per ea tēpa quisq; italorum gessisset a ciuitatibus quoq; promissarū dudum Gothis peccuniarum in disquisitionē uocantes easq; peccunias quasi fisco debitas reposcentes: & singulis priuatī hominibus & publice ciuitatibus tantam desperationē attulerūt ut Gothos iterū fieri dominos rerū optarent: multiq; uoluntarii ad Ildouadū p̄ficiscentur: eiusq; exercitum copiaq; auerent. Erat quoq; non dispar querela in exercitu impeatoris. Qua enim auaritia exigebātur peccunię indebite ab italicis: eadē auaritia militibus peccunię debite nō soluebātur. Vna dumtaxat cura erat ad explendā Iustiniani cupiditatē peccunias cogere: nihil erogare. Itaq; milites p̄ter atq; italici tantis iniuriis compulsi ruinā imperiū affectabāt. His crescens indies Ildouadus omnes transpadū: oēs Venetię urbes ī potestatē recepit & italorū Gothoꝝq; multitudine exercitus eius completus est. Quā obrem haud multo post educere in atiem ac fortunam pugnetē nō dubitauit. Prelū hoc nō procul Taruisio fuit aduersus Vitalem qui unus erat ex Iustiniani ducibus. Victoꝝq; Ildouadus tanta strage Vitalis exercitū cōcidit: ut dum ipse cum paucis euaderet: reliqui omnes uel interficerētur a Gothis uel captiui ducerentur. Ea uictoria magna & clara mirabile quantum Gothorum animi creuerunt: quātūq; fracte sunt aduersariorū uires. Ut non solum transpadum per Galliam & Venetias uerū etiam citra Padū partes cōfirmarentur: nomēq;

Ildouadi celebre fieret apud Iustinianum imparatore aliaq; nationes. Nec multo post Vraia maximū inter Gothos hominē persecutus est: suspitione iniecta quasi cum hostibus sentiret. Hęc enim pretextebatur causa. Ceterum ob eam rem irritatū aduersus Vraiam quidā putant: quod contentiones quędam inter Vraia uxore ac reginam incidissent. Ego autem Ildouadū magnū ac sapientem uirum non adeo leuem existimo fuisse ut contentionibus mulierum permotus esset ad Vraiam interficiendum: uerum illam fuisse causam puto quod Ildouado regi suspecta erat Vraie potētia. Nā genus Gothorū ualde suspiciosum fuisse constat: & suos erga reges non satis fidele. Mortē Vraie permulti Gothoꝝ improbarunt: palamq; detestati sunt quasi rē sceleratā & impiam. Itaq; & ipse Ildouadus ab uilla uno ī custodia sui corporis dū p̄deret occiditur. In eius locū Ataricus rex creatur: qui nec ipse diu regnauit. Sed propter malam ineptamq; gubernationem: quinto post electionē mēse a Gothis occiditur. Ita duobus regibus intra biēnium interfectis ad Totilam magno Gothoꝝ consensu regnum defertur. Hic anteq̄ rex factus esset Taruisii dominabatur: que est ciuitas Venetiārū. Pater eius Ildouadi regis frater Germanus fuerat. Itaq; interfecto Ildouado ut supra diximus: Totilas ipse formidans propter illius consanguinitatem clam Rauēnā misit & cū Iustiniani ducibus pepigit ad hostes trāsire cum omnibus quibus p̄erat: cunq; Taruisio oppido. Dicta ad rem conficiendam dies erat. Quę cum nōdū uenisset: Gothi penitentia ducti quod Ildouadi morte

Ataricus rex  
creat.

Totilas rex gothoꝝ



letati fuissent: quodq; Ataricum regem creassent: ho-  
minem nequaquam tanti ut Gothorum gentem deffendere  
aduersus tantas uires hostium ualeret: ad Totilam Ildouadi  
propinquum respicere atq; regem optare illum ceperunt  
Tandem Atarico de medio sublato Totilam regem fecere  
Iustinianus autem cognitis his que in Italia contigerant  
ducum suorum imperitiam & secordiam increpabat qd  
in tantis discordiis hostium tantisque reuolutionibus ipsi  
opportunitatem rerum agendarum nacti nihil pertinens  
effecissent. Quibus increpationibus permoti duces Ra-  
uennae simul omnes conuenerunt. Ibi cum de inferendo  
bello consultaretur. Placuit ante omnia ad urbem Veronam  
exercitum ducere. Eius namque urbis capiende spes quaedam  
illi secreto afferebatur. Erant uero hi duces undecim  
quorum precipui habebantur Constantianus & Alex-  
ander in Italiam nuper a Iustiniano missus ad pec-  
cunias colligendas. Profecti igitur cum ingentibus copiis  
ubi Verone propinquarant spem dudum sibi prebitam  
experiri decreuerunt. Erat enim Martianus quidam uir  
domi nobilis castellum habens non procul Verona. Is  
quia partes imperatoris animo proferebat: custodem unius portae  
induxerat ad exercitum imperatoris recipiendum: re igitur archane  
composita cum eo peruenisset exercitus permittitur artauades  
Armenius cum manu delectorum militum qui portam  
ante capiat ac ceterum exercitum prestoletur. Nihil pro-  
missorum in hoc loco defecit. Nam intempesta nocte cum  
ad portam uenissent milites proditor aperiens intra  
urbem eos recepit. Illi portam ingressi mentibus quoque  
super eam captis exercitui significarunt & Gothi sentientes

hostes esse in urbe: per diuersam portam aufugerunt.  
Duces uero captam a suis portam audiētes iter quidem  
statim ingressi sunt. Sed antequam in urbem uenirent: de  
praeda inter se disceptantes quingens milibus ab urbe pas-  
sibus constituerunt. Inter haec dies eluxit. Arx est Verone  
urbi supereminens ex qua intra urbem & extra longe  
prospectus est. Gothi igitur qui in arce refugerant cer-  
nentes paucos intra urbem hostes: exercitum uero extra  
urbem existere: nec dum mentibus appropinquare subito  
ex arce impetu facto urbem peruincerunt: & portam que  
tenebatur ab hostibus receperunt atq; clauerunt: milites  
uero qui per noctem fuerant ingressi partim oppressi sunt  
partim ad mentia confugientes desuper repugnabant.  
Venientes autem paulopost duces cum portam clausam  
reperissent quamquam intus essent milites qui eos uocabant:  
ac ne se desererent precabantur: tamen e uestigio abierunt  
Militum uero pars e muro se dimittens euasit. Quorum  
e numero fuit Artauades Armenius eorum prefectus:  
ceteri uel capti uel interfecti sunt. Per hunc modum  
prauitate & auaritia ducum res apud urbem Veronam  
periere: qui dum properare oportuit de praeda non parata  
inter se ipsos pugnabant. Post haec Iustiniani duces quam-  
uerone cepta flagitiose turpiterque euaserant: discordes  
inter se & alii alius succensentes ex his locis abierunt:  
transmissosque Pado Amne placentiam profecti sunt.  
Totilas Papiam per id tempus debebat: cognitoque hostium  
aduentu quascumque potuit copias prope contraxit. Duces  
inter haec ultra placentiam progressi secus ripam Padi amnis  
castra faciebant. Totilas autem quamquam foret admodum



impar tamē cum hīs quas habebat copiis obuiam illis  
exire ac fortunam pugne experiri cōstituit. Cum igitur  
in ppinguo essent castra ac pugna decernere utrisq;  
placuisset: Totilas per noctem partem equitum p̄misit  
quos uiginti fere stadiis ultra hostium castra flumen  
trāsire. Et cum pugnari ceptum esset post terga hostiū  
cum q̄ maximo ualerēt tumultu adoriri mādauit. Ipse  
uero cum tempus fuit ad hostes duxit. Idem fecerunt  
Iustiniani duces. Erat ante atiem Totile uir Gothus  
nomine Valarus. Qui equo insigni uectus ipse quoq;  
insigniter armatus in singulare certamen oēs puocabat  
Aduersus hunc ceteris subsistentibus Artuades Ar  
menius cuius ī ingressu Verone mentionē fecimus p̄  
diit. Spectantibusq; utring; aciebus cōcurrerunt ī festis  
sele cuspidibus petentes. Artuades Gothum dextro  
latere hasta trāsfixū occidit. Ipse uero in hastā īterfecti  
casu inherētē solo ui atq; impetu equi adactus cuspide  
transfigitur ruptoq; torace uulneratur. Ex quo uulnere  
tertia mox die interiit. Aties interea simul congregate  
p̄lium accerrimum inierūt: omnesq; ferri experientia  
in eo certamine uersabatur. Cum feruesceret maxime  
p̄lium & ab utrisq; enixissime pugnaretur neutrā ad  
huc in partē uictoria īclināte equites Totile transmissio  
flumine terga Iustiniani ducum inuasere: tumultusq;  
maior inde exortus: cum multitudo ingens crederetur:  
exercitū Iustiniani primo turbauit: mox in fugā uertit  
solutis enim ordinibus cum ante retroq; instaret hostis  
cito dissipantur. Multiq; a Gothis persequentibus in  
terfecti sunt. Multi etiā sese per deuia queq; p̄cipitātes

euasere Captiuorum autem multitudo ingens fuit. Et  
quod nunq; ante contigerat: omnia militaria signa im  
paratoris exercitus in eo p̄lio capta sunt ab hostibus:  
& ad Totilam relata insigniorem hanc uictoriā Totile  
fecit: quod ipse cū dimidia fere parte minoribus copiis  
sciens ac uolens contra maiores copias p̄lium iniuit  
quodq; militari industria uictoriam nactus est: Ipsam  
quoq; uictoriā humanissime exercuit: nemini captiuorū  
molestus: multis etiam gratuito dimissis: que quidem  
humanitas famam eius plurimum adauxit. Iustiniani  
duces ex p̄lio fugientes placentiā p̄mo: inde in diuersa  
loca abierunt. Et copiis quantum fieri potuit repandis  
intenderant. Non multo post hanc uictoriam Totilas  
maiora iam animo concipiens exercitum in Etruriam  
misit. Prefecit uero huic exercitui tres Gothorum p̄stā  
tissimos Beldā & Rodoricū & Vliarim. Erat ī Etruriā  
Iustinus unus ex ducibus qui p̄lio interfuerat. Postq;  
id tempus nunq; cessauerat copias reparare: oppida  
munire. Is cum exercitus Totile su puenit: circūdatus  
ab hostibus ītra Florētie mēnia obsidebatur. Terrebat  
uero Iustinū rei frumentariē defectus. Nam importari  
ad obsessos nil poterat: & intus quod erat frumentum  
breui de futurū uidebatur. Rauennā igitur ad ceteros  
duces mittens Iustinus quo in piculo res esset: ostēdit  
rogauitq; ut sibi opem ferrent. Ob eum nuntiū p̄moti  
Bellas & Ciprianus & Iohannes uitaliani cum suis  
copiis in Etruriā uenerūt. Gothi uero postq; itellexerūt  
illos appin̄re soluta illico obsidione retro mouerunt  
castra profectiq; unius diei iter in loco qui Muciālla



dicitur constiterunt. Atque postquam exercitus amicorum Florentiam peruenit placuit ducibus ut paucis in praesidio Florentie relictis ipsi cum reliquis omnibus ad hostem contenderent. In itinere uero dum essent statuerunt ut ducum ipsorum. Unus celeriter antecederet ad inuadendum distingendumque hostes. Alii uero mature sequerentur. Sorte igitur ducta Iohanni contigit antecederi manus ille perfectus cum suo agmine ad hostes properauit. Hostes uero deterriti aduentu copiarum deserto in loco in quo prius habebant castra: in proximum montem arduum quidem ac difficilem transierunt. Neque ob id cunctatus Iohannes ubi ad ea loca peruenit: aciem suorum aduersus montem direxit: ac magno animo sursum uersus animus peruenire conabatur. Resistebatur fortissime ab hostibus ac de superiori loco facillime repugnabant. Hic dum annititur Iohannes & inter primos pugnatore uersatur. Quidam ex comitibus iuxta latus eius pilo transfixus occiditur falsaque statim crudelitas inde exorta est. Iohannem interfectum fuisse fuga hinc fieri cepta: hec fama delata in eos qui cum reliquo exercitu ueniebant. Cum insuper fugam & trepidationem mirabilem uiderent. Ipsos quoque in fugam turpissimam conuertit. Nec modus ullus fuit in fuga dissipati sparsimque in diuersum abeuntes signa & ordines deseruerunt. Itaque duces quoque ipsi a nullis hostibus pulsi fugam arripere coacti sunt. Neque post hac conuenerunt in unum sed alius alibi pro ut se ex fuga receperant: oppida tenuerunt. Gothi tamen ad obsidionem Florentie nequaquam reuersi sunt magnitudinem ueritatis copiarum que quamquam dissipate forent per oppida Etrurie

constiterant. Et hiemps superuenit finisque fuit septimi anni huius belli: ex quo geri a Belisario ceptum fuerat. Eo qui sequutus est anno: ut primum educendi copias tempus fuit. Totilas coacto exercitu in agrum Gallicum uenit. Ibi Cesenam & Petram oppidum quod hodie corrupto in uulgus nomine Bretinorum appellant obsedit. Cetera uero eius regionis oppida permulta uel ui uel pactione cepit. His per ea loca confectis in Etruriam cum exercitu transit. Ibi duriora omnia cum reperisset statuit in his tempus haud quamquam terere. Itaque Tiberim amnem quo Etruria finitur transgressus per Umbros & Sabinos & Marfos in Campaniam profectus est. In his locis beneuentum urbem captam manibus spoliauit. Nolebat enim in urbe munitissima hostes si quando contingeret sedem belli habere. Neapolim deinde obsedit: multis primo uerbis humanissime conatus ut neapolitani amicitiam eius quam inimicitiam mallet. Sed erat in praesidio eius urbis Conon Iustiniani perfectus: nec pauiores mille militibus secum habebat. Itaque nihil decerni libere in cōtione poterat. Quod cum intelligeret Totilas positus non longe castris urbem obsedit: non tamen oppugnauit: sed quietem agens incubabat. Interim uero parte exercitus missa cumas & alias quasdam urbes per ea loca recepit. Ex quibus peccuniarum magnam uim adeptus est: mulieres etiam quasdam ex nobilitate Romana capi in his locis contigit. Quas omnes Totilas cum summa beniuolentia conseruatas liberas esse iussit: ac parentibus maritisque cum honesto comitatu remisit. Cum uero per eas regiones neque dux neque exercitus esset qui conatibus Totile





repugnaret partem suarum copiarum cōtinuo nitendo Apuliam & Lucaniam & Calabriā cū uniuersis eorū oppidis in potestatem redegit. Ex quo factum est ut Iustiniani ducibus militibusq; nulle āplius ex his locis peccanie soluerētur: neq; parere ducibus neq; ī expeditionem ire uolebāt. Sed per oppida inclusi res amicoꝝ pꝛedabantur: rapinis & maleficiis omnia fēdabant. Duces quoq; ob has difficultates ītra mēnia cōsistētes oppida tantūmodo ab hostibus tutabantur: partitiq; inter se urbes Iohannes Romam Bessas spoletum. Cyprianus Perusiam: Iustinus Florētiā: Cnostātianus Rauennam gubernabat. Inter hęc Neapolis durius obsideri cepit: Totilas enī parata classe neq; mari neq; terra importari quicq; patiebatur. Ex quo palam erat: nisi quis opem ferret: eam demum urbem in manus hostiū esse peruenturā. Hęc igitur audiens Iustinianus ac pro tantis Italie cladibus: pro q; imperii dedecore indolens Maximinū pꝛefectū pretorio ad corrigēdas reparādasq; res in Italiā misit. Dedit autē sibi classem & exercitum ex thracibus & armeniis. Pꝛerat autem thracibus quidem Herodianus. Armeniis uero phasas Humni pꝛeterea non pauci ea classe uehebātur. Maximinus Bizantio pꝛfectus in Epirum uenit. Ibi cum res Italie ex propinquo cogitaret: inter spem ac metū dubius tarditate ac desidia tempus amisit. Erat enim Maximinus uir bonus & ad pacis negotia non inutilis belli uero impitius oīno: & ob hoc tumidus: & cūctator in singulis ac plurimum ambigens. Res uero tunc & cōsultandi & agendi celeritatē flagitabat. Maximino

igitur paruā de se spē afferente. Iustinianus Demetriū quēdā q; sub Belisario dudū ī italia militauerat cū alia classe in Siciliā misit his cū in Siciliā nauigasset audita neapolis obsidione: ac eorū q; obsidebant difficultatibus statuit cōfesti auxiliū ferre. Cū uero apta uia idēficere posse desperaret: quoniā neq; classis neq; exercitus eius ad tantā rē sufficiens erat hęc excogitauit. Naues cōplurimas ex uniuersa Sicilia contraxit: fecitq; ex his classem ad aspectum permagnam inpositoq; frumento Neapolim petere contendit. Ea res & spem magnam obsessis & formidinem non paruam Gothis pꝛebuit. Audiebant enim multitudinem nauium ac magnum in his exercitū uenire opinabātur. Quod si primo statū cursu Neapolim petiisset cuncta prospere succedebant & urbs obsessa indubie seruabatur. Hostes enim conterriti magnitudine classis ne resistere qdā tentauissent. Sed ipse conscius imbecillitatis sue Neapolim adire non ausus Romā petiit: quo militibus inde assumptis naues impleret: atq; ita Neapolim magis robustus nauigaret. Sed milites qui Rome erāt classem ascendere noluerunt. Victi si quidem duplici prelio a Gothis eos immodice formidabant. Itaq; hac deficiente spe cum his dūtaxat nauibus quas Bizantio duxerat: aduersum hostes proficisci Demetrius compellitur. Totilas naues egregie ueloces ī portu ipso Neapolis assidue structas paratasq; tenebat. Curamq; susceperat diligenter: de Demetrii classe. Cum igitur ex urbe Romam Neapolim nauigare demetrium cognouisset: & applicuisse iam propinquo littori pꝛfectus repente Totilas cū uelocibus



nauibus ex improviso Demetrii classem inuasit. Adeo subitus & inopinatus fuit impetus ut conterriti naute atq; milites in fugam conuerterent. Quos Gothi uelocibus insecuti nauibus post magnam cedem omnes demetrii naues cum ipsis oneribus ipsisq; uiris plenas ceperunt. Nulli enim euaserunt ex ea classe nisi qui in lembos statim ab initio profilientes latuerunt. Inter quos Demetrius ipse dux classis fuit. Post hec Maximinus cum maiori classe maioriq; exercitu ex Epyro in Siciliam nauigauit. Cumq; Siraculis applicuisset: eadem ignauia qua prius cunctando ac differendo tempus amittit: neq; difficultatibus obsessorum neq; precibus uocantium mouebatur. Tandem uero ubi precepta & mine Iustiniani supuenerunt: nec ob eas quidem nauigare aduersum hostes sustinuit: sed classem Demetrio & Herodiano & phasae ducendam tradidit ipse in Sicilia remansit. Erat uero iam plane hiemps cum hi nauigare ceperunt. Cumq; prope Neapolim uenissent: orta subito tempestas classem arripuit: neq; remis neq; arte ulla resisti potuit: quin ad ipsum littus ubi castra erant hostium adigerentur. Gothi uero ista cernentes concursu ad littus facto nulla difficultate naues ceperunt. Etsi qui repugnabant iuterfecerunt: reliquos uero captiuos duxerunt. In quorum numero Demetrius fuit. Herodianus autem & Phasae cum & ipsi capti iam essent: casu quodam postea seruati sunt: hunc finem habuerunt eo anno Iustiniani classes in Italiam misse. Totilas Demetrium in uinculis ad mœnia Neapolitane urbis adduci mandauit. Ibi uocato Conone prefecto militibusq; & Neapolitanis ciuibus

Totila iubente Demetrius uerba fecit: suauitq; ne amplius auxilia exspectaret ulla binam classem cum ipsis pugnatoribus esse amissam: nullamq; superesse spem quod confidere debeant. Obsessi uero iam pridem fame macerati cum Demetrium captum & omnem sublatam uiderent spem: in fletum ac lamentationem conuersi quid agerent aut quo se uerterent nesciebant. Eratq; ciuitas tota mirabili tumultu & trepidatione plena. Totilas autem cum hoc sensisset ad colloquium eos uocatos in ipsis menibus stans sic alloquutus est. Nullam contra uos Neapolitani uel iram uel indignationem habentes: obsidere urbem uestram perreximus. Sed ut uobis inimico seruitutis iugo libertatis referre gratias ualeremus eorum que hoc ipso bello pro fide Gothicis seruanda ab hostibus pertulistis. Soli enim Italicorum omnium inuiti ac repugnantes in potestatem hostium nostrorum cum ultima pene ciuitatis uestre clade: uulneribusq; & cruore compulsi deuenistis. Itaq; quod nunc simul cum hostibus obsidione uos fatigari a nobis necessitas fuerit erubescimus. Quobrem beneficia potius a nobis quam ultionem Neapolitani expectantibus etiam qui uobiscum in urbe sunt: non acerbi esse uolumus deditibus eam urbem uel militandi nobiscum equo iure cum aliis militibus: uel abeundi cum omnibus rebus suis quocumque uolent facultatem dabimus. Hec & iureiurando sancire parati sumus. Laudauerunt & Neapolitani: & milites Totile sermonem. Quo tamen honestior deditio foret: triginta dierum indutias postularunt: quibus uiderent: an que auxilia superuenirent. Ad hec Totilas non triginta dierum modo: sed ter triginta dierum spatium



se dare respondit. Quam libertatem admirati obsessi :  
clareq; deprehendentes nullam esse auxilii spem intra  
paucos dies apertis portis Totilā & exercitum intra me-  
nia receperunt. Totilas igitur Neapolim ingressus nemi-  
nem male affecit nulli molestus fuit quinimo tanta hu-  
manitate usus est: ut nequaq; cōuenire Barbaro homini  
uideretur. Cum enim multi propter mediā deficiētibus  
uiribus egrotarent: ne subita affluentia cibi immodice  
sumpti periculum illis afferret: summa cura diligētiaq;  
prouidit: ut non solum Neapolitanis ciuibus uerū etiā  
militibus cibaria bis in die ad certum pondus traderēt  
diligētissime obseruato nec unde plus caperent: & sin-  
gulis diebus modicum superadderetur. Cononi autem  
& militibus abire uolētibus nauigia prēbuit. Cumq; illi  
uento diutius retenti nauigare intra prescriptam diem  
non potuissent. liberam nihilominus potestatem illis  
seruauit. Quin etiam cum lōgius duraret uentus & illi  
pedestri itinere abire statuissent equos iumētāq; eis tri-  
buit: & uiaticum insuper largitus est. Gothosq; cum his  
misit. humanitate in alienos Totilas utebat̄ i suos uero  
tantā discipline seueritatē seruabat: ut nullū malefactū  
impunitum esse pateretur. Raptori ac uiolatori pēna  
mors erat: & publicatio bonorum: quę quidem bona  
uiolentiā passo tradebantur. Itaq; & castra ingressus  
Gothorum per amicas ciuitates & gentes omni scelere  
cārebāt. Ducibus autē Iustiniani per hoc ipsum tēpus  
diuersa penitus erat cōditio. Nam nec duces ipsi absti-  
nentes erant: & milites in omnem licentiam traducti a  
nullo malefitio temperabant. Nec quicq; miserius erat

per ea tempora q̄ Italiae populi qui imparatori parebāt  
cum extra mēnia quidem ab hostibus: intra mēnia uero  
a militibus diriperēt. Duces enī munitas tenētes arces  
nihil de subiectoꝝ iniuriis curabant. Ob hęc flagitia  
cum idies magis ac magis desperatio sequerēt: coactus  
est Iustinianus iterato in Belisarium mentem aīumq;  
conuertere. Nam ceteri quidem duces ne dum perdita  
recuperare: sed ne illa ipsa quę tenebant: diutius tueri  
posse uidebant. His igit de causis Belisarius ad curam  
Italici belli rursus delectus est: cum hoc medio tēpore  
aduersus Medos bellum gessisset nec dū plane finitū  
esset bellū cū ergo milites novos rescribere opus esset:  
nā ueterem exercitū circa Eufratem reliquerat: Thracia  
totā circuiens Belisarius pecuniasq; abunde largitus  
uoluntariorum ad quattuor milia coegit: quibus classe  
impositis una cum Vitale prefecto Ilirici qui nuper ex  
Italia uenerat nauigauit. Traiectoq; demū Ionio mari  
Salonis applicuit. In hoc ipso itinere Idruntum Cala-  
brie oppidū obsidiōe liberauit. Qui enī in eo obsidebāt  
a Gothis defectu rerum necessariarū compulsi ad certā  
diem pacti fuerant oppidum dedere: nisi prius auxiliū  
ferretur. Quod intelligens Belisarius Valentinum eo  
nauigare iussit: ac frumenta ceteraq; necessaria iſerre  
susceptis militibus q; diutius obsessi i eo fuerāt novos  
imponere: hęc factū facilia fuerunt. Nam Gothi post  
indutias negligētius custodiebant: nec uenturum esse  
quenq; suspicabātur. Itaq; repente ac inopinato super-  
ueniente classe trepidare ac obsidiōē soluere: lōgiusq;  
abire coacti sunt. Valentinus oppidum ingressus pōres



militēs ex arce abduxit: nouosq; imposuit: integrūq; anni frumentum illis reliquit. Ipse cum his quas abduxerat nauibus Salonas ad ceteram classem rediit. Post hęc Belisarius polam nauigauit. Ibi exercendis tironibus quos in Thracia scripserat aliquanto commoratus tādē cum tota classe Rauennam peruenit. In eius aduentu deteriora omnia opinione sua per Italiā reperit. Hostes enim ubiq; p̄ualere ac optima spe esse uidebantur. Amici uero ubiq; per Italiā fracti ac in desperationē adducti. Ciuitates quidem & populi ob iniurias militū milites autem ipsi quod multa sibi deberentur ab imperatore stipēdia nulla soluebant: cōtumaces & aduersi nec parere ducibus nec exire in expeditionem uidebant. Erantq; ad exiguū numerū redacti. Aduentus quoq; Belisarii desperationem auxit. Licet enim optimus dux & sine cōtrouersia p̄cipuus haberetur: tñ cōtemnēdas ad modum copias adduxerat Tironum quattuor miliū pecunias uero nullas quę militibus darētur. Itaq; cōtionantem Rauenne causaq; aduentus sui docentem cohortantem deniq; ad capescendū bellū nec oppidani neq; milites leto animo audiuerunt: neq; letitie aut spei bone significationem reddiderunt. Deniq; Belisarium ipsum quod in Italiā uenisset: confestim penitere cepit. Inter hęc Totilas tibur iuasit ex discordiis oppidanorū & militū seditione coorta: per quam uocatus ab altera parte urbem suscepit. Imminet autem Tibur urbi Rome nec plus ab ea distat q̄ sexdecī milibus passuū. Ea res magnas Romanis difficultates cepit afferre: ac per latum cuncta impedire. Post hęc Totilas cognito

Belisarii aduentu in picentes cum exercitu transit: & circa urbem Auximum cōsedit. Belisarius uero p̄ hoc ipsum tempus in Bononienses miserat Vitalem cum satis magna manu Iliricorū. Is cum oppidum quoddā per ea loca cepisset: & Bononia in urbe fuisset receptus Ilirici nulla p̄us iniuria suscepta Vitale deseruerunt factosq; agmine domum abierunt. De qua quidem re postea apud Iustinianū excusatione illa usi sunt: quod dum in Italia militarēt exactores tributorum patrimonia sua uenundabāt: uxoresq; & liberos eorū domo pellebant: q̄obrem coacti sint ad suos defendendos domū redire. Hac fuga Iliricorū Totile nuntiata confestim misse ab eo sunt Gothorum copie per quas Vitalem ac ceteros opprimere posse sperauit. Sed illi preuenientes Rauennam se receperunt. Cum uero qui Auximi erant obsidione premerentur: Belisarius subsidium ad illos misit equitum mille: prefecit autem his equitibus ductores tres Theramuntem: Ricilani & Sabinianū q̄ clam noctu Auximum ingressi: cū postridie ad pugnā exiissent. Vnus ex prefectis Ricilas a Gothis interficitur. Ceteri autem post paucos dies abire statuerunt: hostibus enim illic stātes nocere non poterant: & amicis necessaria minuebāt. Noctu igitur egressi oppido cum iam circiter milia passuū tria profecti essent: in insidias hostiū inciderūt. A quibus circūuenti & in fugā uersi ducentos ex suis amiserunt: uestesq; & arma & impedimenta omnia cum iumentis quę illa ferebant. Reliqui fugientes post longam uiam se Ariminum receperunt Fanum & Pisaurum sunt urbes iuxta littus Adriatici



maris inter Auximum & Ariminum Ite. Eas urbes  
Vitigis ab initio huius belli incenderat: ac menia usq;  
ad dimidiū altitudinis destruxerat. Ex his Belisarius  
Pisaurum reficere cogitauit: ac equitatū in ea collocare  
Missis igitur clam artificibus qui mensuras portarum  
exactissime caperent Rauenne fabricarii portas fecit:  
ac ferramētis quibus opus erat: struxit: deniq; nauibus  
impositas Pisaurū deferri fecit: prefectisq; & eqtibus  
qui Aremini constiterant: scripsit: ut repente ocupato  
oppido portas imponerent: ac menia tumultuario opere  
reficerent: fossas purgarent. Commeatus autem omnis  
generis ut mari ad eos deferretur prouidit. Equites igit  
Arimino profecti cum Pisaurum occupassent: omnia  
secundum Belisarii mandata fecerunt. Sensit hec To-  
tilas: & cum magnis copiis ad ea prohibenda pfectus  
est. Sed tanta fuerat militum diligentia in purgandis  
fossis: uallog; & aggere muniēdo oppido menibusq; &  
propugnaculis resartendis: ut admiraretur rex tantas  
res tā ingeniose tam paucis diebus fieri potuisse. Quare  
aliquātum circa ea loca moratus quoniam uidebat p-  
ficere nil posse in castra ad Auximum irrito conatu re-  
uersus est. Animaduertentes uero Totilas & Gothi  
Belisarium & imparatoris cupias necubi per Italiam  
in certamen prodire: sed oppidis inclusos menia tātū-  
modo tueri: statuerunt nō assidere solūmodo ad Auxi-  
mum sed aliis quoq; ciuitatibus bellum inferre. Itaq;  
profectus Totilas cum exercitu Asculum & Firmum  
in picētibus circumfedit. Belisarius uero cum obsessis  
opem implorantibus ferre non posset: nec enim tantas

habebat copias ut exire aduersus Gothos ualeret in-  
merore maximo uersabatur: & hanc ignominiam sui  
nominis permolestē ferebat. Tandē uero Iohanne uita-  
liani ad Iustinianum misso conditionem Italie per eū  
demōstrauit. Et simul litteras scripsit huiusmodi effe-  
ctum cōtinentes. Misisti me in Italiā optime impator  
uirorum & equorum & peccuniarum inopem quod &  
anteq; a te discederē sepius ostendi & obtestatus sum.  
Sed iussu tuo nō parere: mihi nefas erat. Thraces enī &  
Iliricos milites perpaucos & eos ipsos Tirones bellig;  
in expertos: nec arma quidem tenere scientes nobiscū  
ducere coacti sumus. Veterani autem quos per Italiā  
reperimus: uicti iam ante quibusdam preliis Gothos  
uictores ita formidāt: ut uix aspectū eorū ferre possint  
Stipendiisq; diu fraudati: nec equos nec arma nuper  
amissa reparare potuerunt: nec in expeditiones sine his  
exire consentiunt: nec alioquin tante sunt copie: ut cum  
hostium copiis congregari sine manifesta pernitie ualeant  
Nam maxima eorū pars qui in Italia tuo nomine mi-  
litabāt: ob ea que memorauimus in comoda: sponte sua  
ad hostes transierunt. Peccuniarum autem redditus  
nullos ab Italia speres nobis prouenturos esse cum sit  
iterum ab hostibus magna ex pte occupata. Et ea que  
restat pars adeo attenuata belloq; afflicta: ut tributa  
psoluere nullo modo queat. Si igit satis fuit: Belisariū  
in Italiam misisse: optime a te prouisum est. Sum enim  
in Italia. Quod si hostes superare uis: alia sunt a te p-  
uidenda. Nam dux belli absq; his que oportuna sunt:  
proficere nil ualet. Copias igitur meorum militum huc



mittas oportet: deinde huiusmodi ac ceterorum Barbarorum multitudinem ingentem. Illud insuper a te necessario providendum est: ut pecunie assint. Nam sine his in bello nil oportune fieri potest. Hec tunc a Belisario scripta sunt. Iohannes igitur cum his mandatis ad Iustinianum profectus & quodam tempore comoratus nihil nisi tarde atque anxie proficiebat. Inter hec Totilas Firmum & Asculum quando quidem nemo auxilium obsessis ferebat: pactione cepit. Deinde ex picentibus in Umbros transgressus Assisum & Spoletum obsedit. Preerat Spoletum quidem Herodianus: Assiso autem Sisifridus. Herodianus quamquam haberet munitissimam arcem: tamen paucorum dierum indutias pactus cum interea nullum auxilium superuenisset: constituta die urbem & arcem tradidit: & ipse cum militibus suis ad Totilam transiit. Sisifridus autem fortius se gessit. De pactione enim nunquam audire quicquam uoluit. Licet minus ualida urbe inclusus sepeque eruptiones in Gothos egregias fecit: & aliquot preliis laudabiliter dimicauit. Ad extremum uero circumuentus ab hostibus pugnantibus occiditur. Ciues autem Assisam eius uiri presidio destituti paucis post diebus sese ac urbem Totilem dederunt. Deinde Perusiam exercitus a Totila ductus est. Preerat autem Perusie Ciprianus cuius supra inter Iustiniani duces mentionem fecimus. Eum cum Totilas neque ui neque promissis flectere ualeret. Vliario quodam ex armigeris suis pecunia corrupto per eum dolo ac fraude Ciprianum interfecit. Milites tamen post mortem Cipriani Vliarum persecuti urbem egregie defendebant. Itaque circa illam comorari

diutius Totilas nolens soluta Perusu obsidione Romam petere contendit. Cumque eo peruenisset: oportunis locis Romam circumfedit. Non tamen agricolis molestus. Nam toto hoc bello Totilas rusticos & agricolas offendi a suis militibus nunquam permisit. Rome in presidio erant Bessas unus ex Iustiniani ducibus: & Conon ille qui dudum Neapoli profuerat. Miserat quoque et Belisarius Artasiram genere persam: & barbationem Thracem cum non contemnenda militum manu qui custodie urbis una cum ceteris intenderent. Cum igitur circa urbem Romam constitissent Gothi: egressi cum militibus Artasira & Barbationem prelium inierunt. Ac primo quidem Gothos in fugam uerterunt: sed ipsi longius insecuti tandem circumueniuntur a Gothis: maiorique parte militum amissa: uix atque anxie in urbem refugerunt. Atque ex illo tempore deficiente spe caritas Annone prius: mox etiam fames secuta est. Neque enim terra importari quicquam poterat assidentibus Gothis: neque mari quoniam classis dudum a Totila Neapolis comparata: tunc rursus structa: Onerarias nauigare prohibebat. Et intra urbem Romam per hoc ipsum tempus suspitio perditionis ingens uersabat. Ob quam Cethegus princeps senatus Roma pulsus ceterum cellas aufugit. Dum ea Rome gerebant alius Gothorum exercitus Totila iubente placentiam obsedit: Ea est urbs magna iuxta Padum amnem: solaque ex omnibus eius regionis ciuitatibus Iustiniani permanebat in partibus. Belisarius autem cum hec intueret: ac de periculo urbis Rome plurimum sollicitus esset: ac ex urbe Rauenna opere ferre non ualeret: ob loca interiuentia ab hostibus



mittas oportet: deinde hannonum ac ceterorum Barbarorum multitudinē ingentē. Illud insuper a te necessario prouidendam est: ut pecunie assint. Nam sine his in bello nil oportune fieri potest. Hęc tunc a Belisario scripta sunt. Iohānes igitur cū his mandatis ad Iustinianū profectus & quodam tempore cōmoratus nihil nisi tarde atq; anxie p̄fitiebat. Inter hęc Totilas Firmū & Asculū quando quidē nemo auxilium obseffis ferebat: pactione cepit. Deinde ex picētibus ī Umbros transgressus Assisum & Spoletum obsedit. Pręerat Spoletō quidem Herodianus: Assiso autē Sisifridus. Herodianus quanq̄ haberet munitissimam arcem: tñ paucorum dierum indutias pactus cum interea nullum auxilium superuenisset: constituta die urbem & arcem tradidit: & ipse cum militibus suis ad Totilam trāsit. Sisifridus autē fortius se gessit. De pactione enī nunq̄ audire quicq̄ uoluit. Licet minus ualida urbe inclusus sepeq; eruptiones in Gothos egregias fecit: & aliquot p̄liis laudabiliter dimicauit. Ad extremum uero circumuentus ab hostibus pugnans occiditur. Ciues autē Assisam eius uiri p̄sidio destituti paucis post diebus sese ac urbem Totile dederunt. Deinde Perusiam exercitus a Totila ductus est. Pręerat autem Perusie Ciprianus cuius supra inter Iustiniani duces mentionē fecimus. Eum cū Totilas neq; ui neq; p̄missis flectere ualeret. Vliaro quodam ex armigeris suis peccunia corrupto per eum dolo ac fraude Ciprianum interfecit. Milites tamē post mortem Cipriani Vliarum p̄secuti urbem egregie defendebāt. Itaq; circa illam cōmorari

diutius Totilas nolēs soluta Perusii obsidione Romā petere contendit. Cumq; eo peruenisset: oportunis locis Romam circumfedit. Non tamen agricolis molestus. Nā toto hoc bello Totilas rusticos & agricolas offendi a suis militibus nunq̄ permisit. Rome in p̄sidio erant Bessas unus ex Iustiniani ducibus: & Conon ille qui dudum Neapoli p̄fuerat. Miserat quoq; eo Belisarius Artasiram genere persam: & barbationem Thracem cum non contemnenda militū manu qui custodie urbis una cum ceteris intenderent. Cum igitur circa urbem Romam cōstitissent Gothi: egressi cum militibus Artasira & Barbation p̄lium inierunt. Ac primo quidē Gothos in fugam uerterunt: sed ipsi longius insecuti tandem circūueniuntur a Gothis: maioriq; parte militū amissa: uix atq; anxie in urbē refugerunt. Atq; ex illo tempore deficiente spe caritas Annone prius: mox etiā fames secuta est. Neq; enī terra īportari quicq̄ poterat assidentibus Gothis: neq; mari quoniā classis dudum a Totila Neapolis comparata: tunc rursus structa: Onerarias nauigare prohibebat. Et itra urbem Romā p̄ hoc ip̄m tēpus suspitio p̄ditionis ingēs uersabat. Ob quam Cethegus princeps senatus Roma pulsus cētū cellas aufugit. Dum ea Rome gerebant alius Gothoꝝ exercitus Totila iubēte placentiā obsedit: Ea est urbs magna iuxta Padum amnem: solaq; ex omnibus eius regionis ciuitatibus Iustiniani permanebat in partibus. Belisarius autem cū hęc intueret: ac de periculo urbis Rome plurimum sollicitus esset: ac ex urbe Rauenna opē ferre non ualeret: ob loca interiacentia ab hostibus



possessa & paucitate copiarum suarum abire illinc & alia uia auxiliū ferre cōstituit. Itaq; Iustino cum manu militū Rauenne relicto ipse per Dalmatiam Dirachiū profectus ibi uēturas ab imparatore copias expectabat Roma inter hęc durissime obsidebatur & cūcta in dēterius prolabi & ad ruinam tendere uidebātur. Valentinus & focas a Belisario premissi Portuensem urbem tenebāt: atq; inde molestias & damna ppe quotidianis incursionibus inferebāt hosti. Cum igitur aliquo tēpore ea prospere fecissent: magnaq; ob hoc auxilia p̄buisent obsessis: tandem p̄cipitati in insidias & ab hostibus circumuenti interfitiuntur: pauciq; ex eorum militibus uix & anxie in portū refugientes euaserūt. Traxit uero hęc p̄fectū & militū cedes statim post se incōmodū maius p̄pter frumenti amissionē. Vigilus enī p̄tifer romanus tūc in Sicilia degens cū fame premi romanū populum cognouisset: magnam uim frumenti nauibus imposta Romam mittebat. Gothi autem id sentientes cum iam appropinquarent naues in portum p̄ueniūt. Et post turres edifitiāq; latētes insidias struūt. Milites q; erāt ī oppido: haud multo p̄us amissis p̄fectis celsiq; maxima ex pte lotiis: pauci ipsi relicti aduersus hostes exire non ausi de menibus ac propugnaculis quassatiōe uestium & manibus & clamore nautis significabāt insidias esse in portu: p̄inde cauerēt nec illuc accederēt. Naute uero utpote qui neq; de aduersa pugna neq; de cede p̄fectorū quicq; audierant: illa quę fiebant signa perinde accipiebant quāsi letitie adhortationisq; signa forent. Itaq; ob hoc ipsum magis properantes secundo

Vigilius p̄tifer

curſu portum ingressi a Gothis infidentibus capiūtur omnes cum summa desperatione populi romani qui ab expectatione eius frumenti totus pendebat. Et fames quidem non iam tollerabilis Romam premebat. Gothi autē ob hoc ipsum audatius instabāt. Erat p̄ id tēpus Rome Pelagius quidem diaconus qui in hac difficultate famis permulta ac maxima pietatis opera in plebē romanam ediderat: peccunias erogando ac succurrēdo indigentie singulorum: ob quam liberalitatē nomē eius prius magnum etiam clarius factum est. Ad hunc igitur romani conueniunt postulantq; suppliciter ut pro salute populi romani legatus ad Totilā proficiscatur: paucorū dierum idutias petiturus: quibus diebus nisi auxiliū superueniat deditiōē urbis Totile promittat. Pelagius autem quādo ita necesse erat populo paret in castra ad Totilam cum mandatis accedit. Totilas uero hoc ip̄m fore coniectura suspicatus: ex trāsfugis enim difficultatem obessorum extremam cognouerat: ueniētē ad se Pelagium honorifice suscepit. Sed anteq; Pelagius mandata exponeret ipse p̄ueniens longa & acerba oratione cont romanos iuectus est: beneficia Thoderici Gothorūq; in romanos exprobans: ac perfidiam romanorum in Gothos redarguens. Ad extremum cōclusit nullam esse colloquii uel pactionis uiam: nisi euerſis menibus sese ac sua in arbitrium potestatemq; Gothorum romani permittant: eas passuri leges quas sibi uictor tradidisset: hāc acerbitatē contumeliāq; orationis Pelagius audiens nō ultra cū eo insistendum ratus. Quando quidem inquit tu Totilas uocē legati audire nō sinuisti

Pelagius diaconus





sed anticipans precidisti omnē colloquii uiam ad deū  
confugiemus: qui solet superbas ac supra modū elatas  
hoīm mētes suo iudicio depmēre. Hęc fatus euestigio ī  
urbem reuersus est. Romani autē Pelagium re infecta  
redire cernentes: quid agerent aut quo se uerterēt nes-  
ciebant: Hinc enim fames intolerabilis eos premebat.  
Illinc uero Totile Gothorumq; crudelitas ante oculos  
uersabat: potiusq; media mori: q̄ in seuisimas Gothoꝝ  
manus deuenire statuebant. His rationibus ea p̄pessus  
est romanus populus. Quę etiā cōmemorare miserimū  
sit. Inter hęc Iustinianus Iohannem cum exercitu ad  
Belisariū remisit. Prębuit uero neq; tūc magnas copias  
Sed maiores parabat uere proximo transmittere. Cuius  
rei gratia Narsetem cubicularium ad Erulos miserat  
& ad ceteras nationes Barbaras circa histrum incolētes  
Et iam in Thraciam eorum quidam transierāt. Sed cū  
Dirachium puenissent copie ac degerēdo bello cōsul-  
taretur: omnes uno ore ferendā opem romanis cēsebāt  
Quomodo autem id fieri deberet: uarie fuerūt sentētie  
Iohannes enim suadebat cum omnibus copiis per Ca-  
labriam & Apuliam proficiscendū esse: atq; ita Romā  
petendum. Simul enim euntes perfacile uictores esse  
posse. Quod si diuidāt copie: & alii terra: alii mari pro-  
ficiscātur: nullā partē hostibus parem futurā Belisarius  
hanc ipsam sentētiā laudaturū se dicebat: si populus  
romanus in tāta extremitate constitutus nō foret. Nūc  
autem maxima festinatione opus esse. Habere uero per  
Calabriam & Apuliam iter per se ipsum longitudinē  
magnā: & ab hostibus occurrētibus moras inferri posse

Mari uero si uentus afflit: quinta die in portū romanū  
classē peruecturā ac ex p̄pino certā spem romano  
populo allaturā. Audierat enī p̄fectoꝝ suoꝝ aduersam  
pugnā ac frumēti siculi amissionē cognouerat. Ex hoc  
desperationem ac difficultatē romani populi aīo dep̄-  
hēdebat. Hac igit sentētia ī cōsilio ap̄pbata Belisarius  
cū classe Dirachio p̄fectus Hydruntum puenit. Gothi  
autem q̄ id oppidū obsidebāt p̄ntia Belisarii conterriti  
obsidionem dissoluerūt: fugientesq; ab eius conspectu  
Brundisiū se receperūt qđ distat ab Hydrunto duoz  
dierum itinere. Confestiq; ad Totilā mittētes signifi-  
carunt Belisarii ad uentū credentes eum terra iter esse  
factū. Quod cum audisset. Totilas statim se com-  
parauit cū exercitu obuiā pficisci. Sed cum Belisarius  
postea mari ferret: idq; Totilas cognouisset: ad resistē-  
dū circa urbē Romā totus incubuit maxime ī eo sollicitus  
ne Tiberi importari ad obsessos quicq; possit. Cuius rei  
gratia hęc prouidit. Locū eligens p̄cul ab urbe undecī  
milibus passuū. Vbi flumen Tiberis maxime in arctū  
cogit: trabes longas ab una ripa ad alteram ī modum  
pontis constituit. In utraq; deinde ripa turrim ligneam  
effecit. Cathenā insup ferreā ante pontē ipm collocauit  
p̄sidiāq; duo ab utq; ripa ad cathene capita exedifica-  
uit: tres autē ac p̄sidia militibus cōpleuit: qui pontem  
custodirēt. Belisarius inter hęc ad portū romanū pue-  
rat. Ibiq; expositis copiis Iohannē & exercitū q̄ cū illo  
erat expectabat. Romani uero cognito aduētū: meliori  
spe difficultates oēs tollerabāt. Iohānes post discessū  
Belisarii traiecto freto Gothos nil tale suspicātes iuasit



multaq; cede in fugam uersos persecutus est: ac primo impetu Brandusium cepit: Conciliatis deinde sibi Calabrie populis & ad beniuolentiã Iustiniani traductis: multaq; illis pollicitus Brūdusio abiit: quĩtĩsq; subinde castris ad urbem Canusium peruenit. Id quoq; oppidũ in potestatem redegit. Non longe a Canusio uicus est canne: in quo memorabile illud plũ inter Hanibalẽ & romanos fuisse phibetur. In hoc loco Tullianus quidã Venantiũ filius cuius magnũ nomẽ magnaq; auctoritas in Lucanis erat. Iohãnẽ adit: docetq; Lucanos & Brutios nõ spõte sua sed cõtumeliis Gręcorũ coactus: hostibus adhesisse. Si beniuolentiã & huãitatẽ seruare erga illos impator uelit: sponte sua populos esse redituros: hinc hominũ cõtẽdato aplissime Iohãnes oĩa pollicet eiusq; opera utilissima usus est. Totilas uero cũ iã appinqret Iohannes delectũ suorũ eqtũ capuã misit: iubẽs ut intra męnia cõsistant: demõstrationeq; sui q; minimã fatiant. Sed cũ præterierit exercitus hostiũ tũc a tergo ipsi subsequãt. Cętera uero sibi cure fore inquit: hęc res adeo cõterruit Iohannẽ: ueritũ ne ab hostibus circũueniatur: ut omiffa ad Belisarium pfectiõne in Brutios & Lucanos iter cõuerterit. Erat in Brutis Richimũdus quidã Gothos a Totila cũ exercitu missus: quo eã pũtiam cõtineret: ac circa sillã & caribdi aditũ custodiret hũc impufo aggressus Iohãnes pmo impetu pflugauit cęsaq; magna pte copiarũ reliquos una cũ duce i deditiõne accepit. Ex hoc iã Lucani & Brutii oēs a Gothis defitientes impatorias sequuti sunt ptes. Et Iohannes quidem in his erat: Belisarius autem assidue expectans

incredibili dolore confitebatur damnabatq; Iohannis ignauĩã quod nõ aduersus eqtatũ qui capue fuerat: cõfluxisset: psertim cũ ipse uel optimũ hunnorũ eqtatũ haberet: qui facile puincere poterat: & pflugatis hostibus iter suum cõtinuare neq; qd̃ t̃pissimũ fuerit cõuertere hęc & huĩsmodi Belisarius culpabat. Cęterũ q̃rele ianes erant. Iohãnes enĩ in Apulia statiuis positis q̃escebat cogitationeq; Romã petẽdi oĩno abiecerat. Timēs igit Belisarius ne obsessi destitutos se putet: ac ob despationẽ aliqd̃ sinistrũ moliãt statuit p Tiberim auxiliũ ferre. Nã p terram quidẽ nõ tãtas habebat copias ut cõgredi aduersus hostes ualeret. Flumẽ & ingeniũ sibi spẽ afferebat per aquã ad urbẽ puadẽdi. Hac igit cogitatione insurgens naues ducẽtas pauit ex eo genere nauigioq; quę Dromodas Gręci appellãt. Hę sunt naues męnia undequaq; lignea hntes oportunis locis pforata ad sagittas ac cętera tela i hostes emittẽda. Aduersus autẽ potẽ ac cętera impedimẽta in flumie opposita hęc exco gitauit. Rates duas ferreis repagulis ac tignis inter se q; firmissime colligatas in flumine constituit: superq; his turrim lignẽã edificari fecit maioris altitudinis q; essent hostiũ turres ad tutelã pontis cõstructe. His ita patis frumẽta & alia necessaria ad uictũ q; Romã deferre cõstituerat dromadibus imposuit: ac fortissimos pugnacissimosq; milites cõscendere in eas iussit. Cęterã uero multitudinem iuxta ripam Tiberis incendere ac trahere rates cũ turri mandauit: per hunc modũ structa parataq; classe ad hostes concendit. Ipse quidem unam Dromadũ ingressus princeps ducebat: cętere seqbant



Ibat una & pedestris exercitus iuxta ripam illam qua portus est. Miserat quoque Romam Belisarius ad bellam ut eruptione per id tempus facta hostes quae maxime distineret. Sed bellas neque hoc neque aliud quicquam opportunum tota illa obsidione fecit. Classis igitur a Belisario per eum modum structa contra cursum fluminis contendebat: Gothi uero nullo in loco obuiam ingressi sunt: sed intra munitiones quieti praestabant. Cum prope pontem iam esset classis stationem hostium reperiunt & praesidium unum ad caput cathene impositum. Hoc igitur praesidium Belisarii milites primo impetu expugnarunt: sublataque cathena ad pontem ierunt. Ibi pugna durissima orta est: conatibus Gothicis potest defendere: Belisarii uero militibus potest peruenire Gothi enim ex castellis quae erant ad capita pontis pro potest ipsum discurreres fortissime dimicabant. Milites autem nauibus ad pontem ipsum adactis Gothos feriebant: nec in ponte consistere patiebant. Inter haec Belisarius rates in quibus turris erat: quae proxime ad turrim hostium admo- ueri iussit. Cumque adhaesisset: uasa sulfure ac pice plena quae ad hoc ipsum in summa turris parte suspensa ferebant incendi & in hostium turrim de superiori loco dimitti praecipit. Id cum factum esset: incidens in turrim hostium ignis confestim illam cum omnibus Gothicis qui in ipsa erant cremavit. Fuerunt autem non pauiores ducentis qui in eo incendio perierunt: & cum his praefectus eius praesidii uir omnium gothorum pugnacissimus. Inde iam maiori alacritate milites in ceteros Gothorum ruentes terga dare eos compulerunt pontemque ceperunt: quae confestim incisuri erant: & cum tota classe Romam profecturi. Neque enim impedimenta

supererant ulla quominus peruenire ad urbem & frumentum ceteraque necessaria inferre possent cum summa Belisarii gloria: qui classem illiusmodi excogitauerat. Sed fortuna ut uideretur aliud constituerat. Impedimentum enim non ab hostibus sed a suis coortum mirabili casu omnia peruertit: Ostiam urbem tenebant Gothi quae est in sinistra Tiberis ripa iuxta mare. Portus autem in dextera. Cum Belisarius cum classe proficisceretur uxorem & res suas in Portuensi urbe reliquit. Praefecitque oppido Isaacem uirum strenuum & fidelem cum satis grati militum praesidio iubens & obtestans ne quocumque casu ex oppido discederet: sed ibi consistens oppidum tueretur. Cum igitur turrim hostium Belisarius incidisset ut diximus uolantem confestim nuntium ad Portuensem urbem atque ut sit uictoriam magnam gratius extollunt. Quibus nuntius Isaacem exultans letitia ac sese animo attollens quasi Vesanus quidam praepceptorum Belisarii oblitus milites cape arma iubet: ardore & impetu delatus ad inuadendum stationem hostium: quae erat in alia ripa non procul ab Ostia cucurrit. Inuadit subito Gothos: ac primo impetu pellit. Sed hostes paulopost sese colligentes cohortatesque aduersus Isaacem redierunt: cessaque magna parte militum qui cum illo erant: ipsum discussa eius Vesena ceperunt. His ita gestis equites quidam Belisario detulerunt. Isaacem captum esse ab hostibus: quo quidem nuntio percussus Belisarius nihil ultra percontatus est nec ubi nec quomodo. Sed ita accepit quasi hostes portum cepissent: uxoremque ac cetera eius omnia haberent in manibus. Itaque tanto statim dolore affectus est: ut loqui non ualeret. Retroque conuersus classem ac milites cursim



reduxit: certissimo proposito uel oppidum recuperandi rebus ad huc recentibus nec ab hostibus stabilitis: uel in prelio moriendi. Per hunc modum uictoria iam parata a Belisario deserta est. Cum ad portum peruenisset: saluum esse oppidum ac errore se deceptum cognouit. Tantumque dolor ex hoc suscepit ut egritudine correptus iaceret: secutaque subinde febris longo ac periculoso morbo eum detinuit. Isaacus tantorum malorum causa iussu Totile in uinculis occiditur ob uindictam Roderici prefati presidii: qui ex uulnere in pugna suscepto decesserat. Et omnino Totilas humanitatem illam quam ab initio regni ostenderat: in superbiam crudelitatemque conuerterat. Siue successibus animos fatientibus: siue quod ficta ab initio uirtus diu simulari non potuit. De populo certe romano sic accerbe loquebatur: ut uel hic terror causa fuerit pertinacius famem tollerandi quod formidabant homines illius seuitiam atque immanitatem. Quoadu igitur tempus fuit a Belisario auxilii expectandi supra uires supraque ut ita dixerim humanitatem: populus romanus famem tollerauit. Omitto cetera: equorum certe & asinorum & mulorum carnes in delitiis per id tempus Rome fuerunt. Canes & mures ac cetera immunda animalia quidam edebant herbas omnis generis quas etiam pecudes non attingunt. Radicibus herbarum & corticibus arborum uescebant. Sed cum de auxilio iam desperarent: in lacrimas lamentationesque conuersi alii sponte sua uitam finiebant: alii latitantes per noctem stationes hostium fallere nitentur. Multos etiam fames & in edia intra parietes proprios necauit. In his calamitatibus cum esset ciuitas: quattuor

milites Isauri de prodenda urbe consilium inierunt. Hi custodiam agebant ad Celimontanam portam: quam uulgo asinariam uocant. Qui cum inter se id consilium cepissent: fune per noctem a menibus demisso per eum descenderunt. Totilamque adeuntes prodere sibi urbem pollicentur. Totilas uero hortatus eos ac multa pollicitus quosdam e suis cum illis misit: qui inspicerent locum & an fieri posset considerarent. Isauri eos ad menia ducentes per eundem funem illis spectantibus conscenderunt. Ita re diligenter inspecta cum fidem his adhibuisset: constituta ad facinus nocte. Totilas de prima uigilia armari exercitum & ad se conuenire iubet. Id cum factum esset quosdam e suis qui per funem conscenderent premisit. Ipse cum exercitu secutus non procul a porta constitit. Missi a Totila ut compositum erat ab Isauris recepti menibus: moxque intra urbem ad portam descendentes securibus freti portas aperuerunt. Totilas igitur per hunc modum Romam ingressus exercitum ad portam continuit: neque suorum quenquam discurrere per urbem passus est: sed retinens apud se milites diem expectabat. Clamor subito ab ea parte exortus hostes esse intra menia significauit. Inde mira trepidatio & fuga fuit. Abibat fugientium agmina per eas portas que diuersissime erant ab ingressu hostium. Multi etiam ex nobilitate & plebe ad ecclesias confugerunt. Cum dies tandem eluxit per totam urbem discurrerunt hostes: & quoscunque nacti sunt ciuium sine ullo delectu interfecerunt. Totilas uero a Laterano ubi per noctem constitit mouens ad beati Petri ecclesiam profectus est quasi uotum exsoluturus

*Cladis romae*



Iter fatiebat per urbē stipatus cateruis ferocissimorum  
hominū: q̄ nudis gladiis ac sanguīe distillātibus quos-  
cunq; obuios sine ulla distinctione occidebāt. E menso  
totius urbis spatio cū in uaticanū ad beati Petri limina  
p̄uenisset: Pelagius de quo supra diximus p̄ntiam eius  
formidās: solenni religionis habitu idutus euāgelia xp̄i  
tenēs in manibus ac genua submittēs. Parce inquit rex  
supplicibus tuis. Totilas autē sup̄bo nimiū aspectu q̄si  
dedignans. Nūc inquit Pelagi mihi supplicaturus uenis  
Ad quē Pelagius. Nunc inquit q̄n deus te mihi domi-  
num esse uoluit. Miserere igit̄ dñe seruatorū tuorū. Ex  
hoc Totilas q̄si lenita ira p̄cepit: ut nemo post hac feri-  
ret̄: sed finis esset licentie gladioꝝ & cedibus. P̄cepit  
etiā ut nulla ingenua femina: seu mulier: seu uirgo: seu  
nupta: seu uidua foret: uiolaret̄: idq; seuerē cū oī diligē-  
tia custodiuit. Bona dumtaxat romanorū ciuiū in p̄dam  
militibus cōcessit: corpora libera esse iussit. Volens autē  
Gothorū mētes uictoria elatas dep̄mere in cōtionē pos-  
tridie uocatos in hūc modū allocutus est. An quisquā  
uestrum comilitones tantas mutationes intuens quate  
p̄ hos annos cōtigerūt: non formidet rerū humanarum  
fragilitatē: & unde mutationes iste p̄ueniāt non facile  
dep̄hendat. Omitto Romā dominatricē quōdam orbis  
terrarū in uestras manus nūc deuenisse: hęc enī atiq; ora  
sunt: ruināq; huius urbis nō nūc p̄mū incepit. Ego nost-  
ra cōmemorare malo. Quid potentius ante hoc bellum  
fuit: q̄ Gothorū gens p̄ Italiā? ducēta milia bellatorum  
ponebat in campo: armis: equis: opibus: auro & argento  
affatim structa. Italiam uniuersam cū Sicilia: Corsica

*Pelagius diaconus*

*Totilas ad gothos.*

Sardinia: & Dalmatia possidebat. Hanc tantam poten-  
tiam quis unq̄ putasset ab septem milibus Gręcorum  
nec enim plures ab initio in Italiam uenerūt: fuisse sub-  
uersam? Quid aut̄ postea tenētibus oīa Grecis ac plane  
dominātibus: quisq; ne putasset uos admodū paucos &  
inopes aduersus uigintimilia gręcorū Italiā recupasse  
cū ab initio quattuor equitū milia conficeretis: ac preter  
papiā ueronā & taruisiū nihil p̄ Italiā teneretis Romā  
nūc tandē caput reꝝ cepisse: quā Vitigis ducetorū mi-  
lium exercitu: & annua obsidione subigere nequiuit.  
Maxima sunt hęc cōmilitones: ac digna admiratione  
nō parua. At qui mutationum istarū cause si attendere  
uelimus manifestissimē sunt: q̄ diu enī Gothi equitatē  
ac iustitiā inter se colere uoluerūt: res eorū ac potētia flo-  
ruit. Cū uero plus habēdi cupiditas: transuersus egit:  
tūc seditiones domestice: & intestine: & p̄ditiones  
clādestine inter se ipsos coorte ruinā pepererūt. Rursus  
uero cū iniustitiā duces he ip̄e labes trāsiuerūt: uos iam  
emēdati facile eos superastis: hęc igit̄ cōsiderātes in hac  
uictoria uestra minimē sup̄bire debetis sed deū uereri  
ac mutabilitatē fortune expauescere. Illudq; itelligere  
imperia ac potētias oēs p̄facile amitti: nisi p̄ iustitiā &  
p̄uidētā & industriā conseruent. Maximā igit̄ ad huc  
uobis cōmilitones laboris p̄tē restare scitote. Nā tueri  
quesita difficilius est q̄ acquirere. Quoniā in acquirēdo  
ignauia possidentis sepe plus confert q̄ propria uirtus.  
Tueri aut̄ quesita sine p̄pria uirtute nemo potest. Hęc  
tamē a Totila dicta sunt. Gothi autē sapiētā regis sui  
laudauerunt. Post hęc romanis ad se uocatis illorum



ingratitude errorēq; redarguit. Quod cum prius  
tuissent in manibus Odoacri: opera Theoderici & Go-  
thoy liberati ab illius tyrānide tāta suscepissent bene-  
fitia quāta uix sciuissent optare: ppter quē diuites atq;  
beati multos annos uixissent. Demū uero nulla iniuria  
nullaq; cōtumelia accepta cōtra fidē ac iusiurandū ad  
Grecos defecissent homines leuissimos & sine ulla uir-  
tute. Qui statim obsessi ab Vitigide nūq; pdire in atiem  
ausi fuerint: sed itra mēnia inclusi ac fame macerati oē  
dedecus tollerauerūt. Qui postq; nō armis sed pditio-  
nibus & fallatiis facti sunt domini ciuitatū publicanis  
exactoribusq; & delatoribus oīa refarserūt. Qui ciuita-  
tes populosq; Italie mirabili acerbitate ad solutionem  
eoy tributoy compulerūt: que iā multis annis a Theo-  
derico ceterisq; regibus fuerāt eis cōdonata atq; remissa.  
Qui rationes administratoroy sub eisdē regibus a popu-  
lis puatisq; hoibus repoposcerūt ut impatoris sui inex-  
plebilis auaritia ipleret. Dicite igit romani si quid unq;  
mali a gothoy regibus passi fueritis: dicite rursus si quid  
boni a greculis istis accepistis unq;? q; uobis amicis plu-  
ra mala q; hostibus itulerūt: genus uitiosū ac maleficū  
& in nulla re magis q; mētiēdo efficac. At qui Gothi ī  
Italia nati & una uobiscū educati sunt: uobis autem  
peregrini & ignoti magis placuerūt q; uestrates & noti  
usq; adeo quos amare debebatis odistis: noua optātes  
& quietē fastidiētes: quemadmodū eq; otio & affluētia  
calcitrosi fiūt. Vos igit hęc cōtra rectā fidē contq; uti-  
litatē uestrā patrati penas merito luitis hactenus & lue-  
tis. His dictis romanos sine ulla spe bona dimisit. Per

eisdem dies acta Iustinianē nobilis mulieris causa est.  
Accusabāt illā Gothi quod statuas Theoderici regis  
confringi deleriq; fecisset: ob uindictā Boetii mariti ac  
Simachi patris quos Theodericus necari fecerat. Quod  
obitiebāt mulieri de statuis deletis: uerū fuisse putabāt  
Sed excusabat eam iustus dolor q; magnos illos uiros  
iniuste necatos fuisse constabat. Qua ratione Totilas  
mulierē absoluit: & ab impetu Gothoy tutā seruauit.  
Post hęc legatos mittere ad Iustinianū decreuit. Fuerūt  
aut legat Pelagius de quo supra diximus: & Theodo-  
rus quidā romanus orator. Hos Totilas grauissimis iu-  
ramētis obligauit: q; mandata sua fideliter exequētur  
& q; in Italiā q; celeriter ad se redibūt. Summa māda-  
toy hęc fuit. Si impator ipm & Gothos in aīcis habere  
uelit: se urbē Romā seruaturq; & in cunctis expeditio-  
nibus p magna ac fidelia auxilia prestaturum. Si autem  
bellū cū Gothis habere malit: Romā ad solū esse diru-  
turum. qm neq; tueri illam in bello occupatus esse uelit  
neq; hostibus eam relinqre. Scripsit etiā ad iustinianum  
epistolā in hūc modū. Que facta sint de urbe Roma  
puto te omnia cognouisse: quoy uero gratia legatos ad  
te mittimus: ista sunt. Pacis bona optamus: & suscipere  
& exhibere ut nuper sub Anastasio impatore romano  
cū rege Theodorico fuit: quoy concordia et pax tran-  
quillitatē illoy temporū & pmaxima comoda utrisq;  
peperit. Si igit et tu eiusmodi mentis es parentē merito  
te uocabo: meq; et Gothos in quibuscunq; expeditioni-  
bus auxiliares habebis. Sin alterius mentis es: a legatis  
intelliges quē sequentur. Legati igitur cū his mādatiis

Anastasio /  
romano.



in Græciam nauigarunt. Totilas autem expectans illoꝝ  
reditum Rome cōsistebat. Belisarius apud portū febrī  
ac dolore animi cōfestus q̄scebatur. Inter hęc Iohānes  
in Lucanis & Brutiis multa innouare prexit. Quare  
Totilas quoq̄ mittere in Lucanos ac bellū resumere co  
actus ē. Nec multo post certior fit de Iustiniani respō  
so. Nā cū legati ad eū p̄fecti. epistolā p̄mo reddidisset  
moꝝq̄ mādata exposuissent: & addidissent ipsi preces  
ac supplicia pro cōseruatione urbis Rome in tanto dis  
crimie cōstitute: nihil aliud ab impatore responsum est  
nisi Belisarium esse in Italia in cuius potestate atq̄ ar  
bitrio res Italie cōmisisset. Id postq̄ Totilas intellexit  
negari sibi cernēs quod postulauerat. Iohānis etiā fac  
tū indignatus qui se quiescentē ac nuntios p̄ cōcordia  
missos expectantem bello laceffisset: de uertenda urbe  
Roma consilium sumit. Itaq̄ insurgens mirabili crude  
litate: mēnia Rome pluribus locis ad solum euerit. Fuit  
autem illa que euerla est fere tertia pars totius ambitus  
murorū. Capitoliū deinde incēdit circa forū & suburā  
& uiam sacram omīa conflagrauit: fumabat quirinalis  
mons. Auentinus flammā incendii euomebat: fragor  
ruentium domorū ubiq̄ audiebatur. Inter hęc incēdia  
multitudo urbana cū cōiugibus & liberis sedibus pa  
triis educebat: ne deplorādi q̄dē miseras suas libertatē  
hñs. Et populū quidē ac turbā p̄ oppida Cāpanee dis  
perlit. Senatores uero ac patritius obsidū loco circa se  
retinuit. Roma post hęc cū toto exercitu egressus eam  
desolatam penitus ac uacua dereliquit: ut neq̄ uir  
quisq̄ neq̄ femina in illa remaneret.

## INCIPIT LIBER QVARTVS

**G**RESSVS ROMA TOTI  
las partem exercitus contra portū collo  
cauit: in loco qui dicitur Algidone: ne  
Belisarii milites quicq̄ moliri per eius  
absentiā ualerēt. Ipse cū reliquis copiis  
aduersus Iohānē in Calabriam p̄fectus est. Iohannes  
uero simulac uenire Totilā aduersus se cognouit: t̄pi  
ter fugiens & oīa derelinquens non prius constitit q̄  
Hidrunto se recepit: quod est ultimū Calabrie oppidū  
Itaq̄ ubi ad eas ptes Totilas puenit: paruo momento  
Lucanos & Brutios & Calabros oēs p̄ter Hidrunti  
nos recupauit. Per hoc tēpus Spoletū a Gothis defecit  
Custodiebatur tūc solūmodo arx. Nam mēnia Spoleti  
Totilas euerterat. Arx uero facta erat ex amphiteatro  
quod antiquus ea in urbe exedificatū fuerat. Auctor  
uero defectionis fuit Martianus quidā Bizantius: qui  
cū inter costodes esset: inita cū .x. & octo militibus cō  
iuratione p̄fectum p̄sidii interfecit: arcemq̄ Belisario  
tradidit. Eodem fere tēpore Tarētum repositū est: cū  
prius desertū ac desolatum fuisset. Reposuerūt eam  
urbem Calabri & alii populi bello domo pulsī. Nec p̄  
mum eius urbis magnitudinē sed ptem illius. quādam  
iuxta portū mari utrinq̄ cinctā occupātes facilliter eius  
aditū a terra munierūt. Totilas redactis in potestatem  
cunctis Lucanie & calabrie oppidis p̄ter Hidruntū  
cū inde abire statuisset p̄sidio militū apud Acherusiū  
urbem relicto ipse cū reliquo exercitu Rauennā petere



contendit. Inter hec Belisarius longa febre liberatus  
audax ceptum ac ut multi putassent: temerarium moliri  
aggressus est: quod tamen postea magnanimum & laudabile ap-  
paruit. Constituit enim romanam urbem tunc desolatam  
occupare eximio atque munire. Hoc igitur in se celans  
consilium relictis apud portam paucis militibus in presidio  
eius oppidi: ipse cum ceteris omnibus quas habebat copiis  
perfectus nemine uel innoxie uel hostium id suspicante Romanam  
occupauit: & incredibili celeritate munire illam perrexit.  
Quia enim subuersa erant menia tumultuario opere  
muri aliquid refecit: fossas profundas ante muros  
egit aggerem parcutis arborum ramis ab stipite sub ter-  
ra fixis & iter sese conexis comuniuit. Turres ligneas  
& propugnacula ad tutelam refecti muri imposuit. Hec  
summa militum uoluntate & opera. xxii. diebus Belisarius  
perfectus. Nauesque a portu frequenter adferant frumentum  
ac cetera ad uictum necessaria importantes. Romani ciues  
quorum multitudo per finitima oppida constiterat audita  
restitutione urbis mirabili desiderio in patriam demigrabant  
presertim cum ibi frumenti copia haberetur cuius defectu  
alibi premebantur. At enim Totilas postquam ista sensit re-  
lictis ceteris curis Romanam petere festinauit. Nondum por-  
tas urbis imponere Belisarius ualuerat: cum hostes superue-  
nerunt. Neque enim fabrium facultas aderat a quibus refici  
potuissent. Gothi prima die non longe ab urbe contra portam  
salariam castra fecerunt. Postridie uero sub ortum solis max-  
imo tumultu atque clamore ad expugnationem urbis ac-  
cessere. Belisarius pugnacissimum quencumque militem delectum  
ad portam: reliquos per menia ac propugnacula collocauit

ac subeunte desuper ferire hostem iussit. Pugnatum est  
uehementer ab utrisque. Nam Gothi ea spe uenerant: ut pri-  
mo statim clamore urbem confiderent se esse capturos.  
Qui cum uiderent contra atque ipsi rati fuerant resisti: furore  
& ira incensi ferebantur: temereque subeuntes de superiori  
loco percussi cadebant. Maximo conatu & mirabili pertinacia  
illa die utrinque certatum est. Pugnaque mane cepta ad  
noctem durauit. Postquam tenebre facte sunt Gothi in sua  
castra redierunt: Belisarii autem milites partim in menibus &  
propugnaculis ut erant constituerunt: partim stationem ad portas  
egerunt. Ne uero hostes per noctem impulsu adirent: tribulos  
ante portas frequentes iecerunt. Altera que secuta est die  
Gothi eodem ordine ad urbem accesserunt. Belisarius autem  
& sui eodem modo resistebant. Sed cum in longum traherent  
oppugnatio: milites qui stationem habebant ad portam subi-  
to egressi pedem conferre aduersus Gothos ac repugnare  
ex equo ausi: tandem ab ea parte in fugam hostes uerterunt:  
ac longe a porta multis uulneribus submouerunt. Ita  
finis oppugnationi impositus est. Post hec multis diebus  
intermissis cum interim uulneribus curandis & armis  
parandis intendissent: rursus ad urbem oppugnandam  
Gothi subierunt. Belisarius uero milites suos iam magis  
fidentes porta educit: & nihilominus turribus & propug-  
naculis aliam multitudinem imponit. Committit ante portam  
prelium atrox & uehementis. In quo cum signifer Totile lan-  
cea transfixus equo cecidisset: signumque prostratum esset:  
summo studio concursus est ab utrisque a Gothis siquidem  
ut signum seruarent: nec tantam ignominiam susciperent: a  
Belisarii uero militibus: quo signi capti gloriam acciperent





Tandem huius pugne exitus: ut Gothi quidem signū  
reciperent Belisarii uero milites corpus signiferi obti-  
nerent p̄ter sinistram manum. In qua quia anulus erat  
aureus: Gothi eam absciderunt: ne hostes eo potirentur  
His actis Totilas quia se frustra conari uidebat preliū  
diremit ac postridie abiens tibur concessit. Eam quippe  
tenebat urbē ut supra diximus maiorēq; imodū munita  
arce his quasi castris aduersus romanos utebat. Romāi  
uero ne subitis incursionibus ab ea pte infestarentur  
cunctos Anionis pontes euerterunt. Anio fluminis in  
hernicis oritur decurrensq; ex mōtibus planitiem secat  
inter Tibur & Romā. Habet uero p̄altas ripas & aq̄e  
profunditatem non trāsmeabilem. Itaq; p̄tes super eo  
principalibus uis existebāt: ceu salaria & momentanea  
& tiburtina. His igitur tūc pontibus recisis fieri discor-  
siones aduersus urbem Romā ab ea pte nō poterant  
Belisarius post Gothorū discessum portas urbis earq;  
ferramēta quiete iā fabricari fecit: clauesq; urbis Rome  
quasi iterū ab se parte ad iustinianū in Gretiam milit  
Finisq; fuit duodecimi āni huius belli. Proximo dehinc  
anno ut primū uer incepit. Totilas tybure p̄fectus Pe-  
rusiā duxit. Ea urbs p̄dem obsidebat ab alia Gothorū  
manu. Cumq; deficeret iā frumētū & cetera necessaria  
ad uictū Totilas eo p̄fectus est quo obsidionē magis  
urgeret: ac oēm spē obsessis auferret. Dū circa Perusiā  
urbē Totilas cōmorat: Iohannes cū audisset Totilā in  
obsidione occupatum esse: senatores uero ac Patritios  
urbis Rome quos secū Totilas eduxerat: p̄ Campanie  
oppida sub militū custodia reliquisse: famā sui nominis

Annus xij.

extendere cogitauit per illoꝝ liberationē. Mouens igit  
ex Calabria cum delecto equitatu: neq; die neq; noctu  
intermisso itinere in Campaniā uenit. Totilas uero per  
id ip̄m tēpus hęc eadē suspicatus ualidā Gothorū manū  
in Campaniam destinauerat. Hi cū Minturnas pue-  
nissent ibi sustiterūt: partēq; suorū aliq̄ premiserūt: qui  
oppida specularēt: forteq; fortuna accidit: ut Gothi  
equites premissi in Iohāne eiusq; equitātū inciderent:  
statimq; preliū iter eos ceptū est. In quo p̄ualēs Iohānes  
multis eorum occisis plurimis uulneratis eos in fugam  
uertit. Ea p̄fligatione etiam hi qui Mintinis remāserāt  
cōterriti aufererūt. Et Iohānes adducendi quos uoluit  
p̄ magnā habuit facultatē. Nam oppida Cāpanie sine  
mōnibus erant. Iam pridē enī Gothi illa euerterāt. Itaq;  
ex singulis oppidis romanos capiens omēs qui ibi repti  
sunt de manibus Gothorū liberauit: atq; adduxit: preter  
Clementinū & Horestem: quorū alter abire noluit im-  
patorē formidās: alter defectū equorū causatus ī ābigo  
remāsit. Non multi tñ senatores in Cāpania repti sunt  
sed mulieres senatorū cōplurime: uiri enī nocte illa qua  
Totilas urbē cepit: pleriq; militum agmē secuti in Por-  
tuensem urbem refugerant. Totilas uero cū hęc que a  
Iohanne facta sunt cognouisset: ualde cōmotus est: pe-  
nasq; a Iohāne sumere constituit. Itaq; parte copiarū in  
obsidione Perusie relicta ipse cū reliquo exercitu mag-  
nis itineribus p̄ picentes & marsos & pelignos ī Apu-  
liam p̄perauit: transuersisq; itineribus p̄fectus non pus  
destitit q̄ in Calabria reatum Iohannem repente inua-  
sit: & cū toto exercitu p̄fligauit: castra etiā cepit. Non



tamē pmagna cedes facta est a Gothis. Nam erat nox  
cū aggressi sunt castra. Quare facilliter latitādo milites  
in proximos montes euaserunt. Iohānes & Arnulfus  
erulorum ductor: qui una cū Iohāne militabat. Hidrū/  
tū ex fuga se receperunt. Militesq; postmodū diuersis  
itineribus ad eos cōuenere. Hęc Totile uictoria maxie  
nomē eius inclitum reddidit. Preclarū enim uisum est:  
regem a Perusie mēibus in Calabriā usq; tanta celeri/  
tate iter fecisse: quanta uix nudus uiator graderet. Nec  
ipse lectica aut reda delatus sed pari cū militibus labo  
re equo prouectus armisq; suis oneratus incessit. Haud  
multo post id preliū alie a Iustiniano copie in Italiam.  
misse Hidrunto applicare ceperunt. Permotus enim  
impator crebris Belisarii litteris: qui cōditionem belli  
significās supplemēta postulabat: nouas copias ī Italiā  
mittere decreuerat. Et Belisario scripserat: ut in Cala/  
briam se transferret ad recipiendum milites & bellum  
aduersus hostes illic gerendū. Ductores uero nouarum  
copiarum erant. Valerianus armeniorū ductor & uerus  
erulorū. Belisarius cū impatoris litteras mandataq; sus  
cepisset: ceteris Rome & apud portū relictis copiis sub  
cura & gubernatione Cononis legati: ipse cū nonīgētis  
militibus delectis quorum septingenti equites ducenti  
pedites fuerunt mari delatus Calabriā petere contēdit  
Erat uero propositum eius Tarenti copias exponere  
quod abest ab Hidrunto bidui itinere eoq; in loco reli/  
quū exercitū cogere. Sed uēto aduersate cont̄ ppositū  
animi sui Crotonis in portu copias exponere coactus ē  
Vi enī tēpestatis nec ante neq; retro nauigare poterat

Crotonē igit̄ expositis copiis quoniā his in locis pabuli  
facultas non erat: equites a peditibus separe cōpellitur  
Ipse enim cum peditibus & uxore Crotonis remansit:  
quo Iohāne cum ceteris copiis ad se uocaret: eqtes uero  
ultra p̄gredi iussit & in finibus Turinorū cōsistere. Sic  
enī p̄facile sibi & equis oportuna repturos ac facturos  
tuto in loco: qm̄ Lucani mōtes in Brutios discurretes  
duas ualles arctis aditibus faciunt: nec p̄cul ab altera  
ualle iuxta littus maris Ruscia est Turinorum castellū  
Supraq; illud est oppidum remotius a mari arduo loco  
sitū quod Ruscianū uocāt. Id oppidū Iohānes p̄sidio  
militum custodiebat. Belisarius igit̄ equites suos ad hęc  
loca dimisit: eisq; p̄fecit Phasam genere Hiberū: p̄stan/  
tissimū bello uirū: & barbationem Thracē. Custodireq;  
assidue aditū iussit: his eqtibus cū ad ea loca uenissent  
casu quodā obuui fiunt: equites hostiū quos Totilas ad  
tētandū oppidū miserat: quod supra diximus Iohānis  
p̄sidio custodiri. Preliorū cōmissio Belisarii equites licet  
pautiores numero: tñ facile superarūt: ac supra ducetos  
ex hostibus occiderūt. Stantes uero in his locis utpote  
uictores & procul ab oculis sui ducis cōmorātes neq;  
ordinē neq; disciplinā seruabāt. Vagātes p̄cul a signis  
uigilias negligentes: nec exploratores mittere: nec spe/  
culatores habere curabant: nec arcta uallis qua facile  
arcere hostem poterant custodire. Que postq; Totilas  
cognouit cū tribus equitum milibus p̄fectus eos nihil  
suspicientes inuasit: fauces enī illas aditusq; prius trās/  
gressus est q̄ Belisarii equites uenturū sensissent. Hinc  
cedes & p̄figatio ingēs fieri cepta. Phasas & Barbatiō



erant prefecti quorum phasas cum turma suorū equitū  
Totile succurrēs mirabilia uirtutis opa edidit. Ipse cū  
omībus suis equitibus ad extremū occubuit. Barbation  
cū duobus tantū comitibus aufugit. Ceteri uel capti uel  
interfecti sūt. Fuerūt & qui statim fugam arripientes ad  
Belisariū tante cladis nūtiū euaderēt. Belisarius amisso  
equitatu cū suspicaretur hostes aduersus se esse uen-  
turos naues p̄pere conscendit ac magno cū dolore sese  
uentis p̄mittēs eadem illa die Messanam in Siciliam  
delatus est: que distat a Crocone milia passuū circiter  
nonaginta. Totilas uero cū ea p̄fecisset ac uires hostiū t̄-  
bate essēt Ruscianū oppidū obsidere cōstituit. Erāt enī  
in eo oppido trecēti eq̄tes a Iohāne collocati & pedites  
centum a Belisario nup̄ missi. Preterea italoz̄ equites  
& pedites magno numero quibus si obsiderentur satis  
mature de futuri cōmeatus uidebāt. Hac igit̄ spe To-  
tilas oppidū circūsedit. Per hoc tempus milites a Beli-  
sario Rome relictī Cononē p̄fectū suū interfecerunt.  
Irati & indignātes q̄ ille mercatura frumētaria clande-  
stine inita p̄tium annone quotidie auget: idem milites  
a Iustiniano per legatos postularūt huius delicti aboli-  
tionē afferentes nisi id concedat impator ac stipendia  
in super eis debita soluat se Romam Totile esse tradi-  
turos quo quidē metu oīa illis sunt concessa. Obsessi  
uero apud Ruscianū oppidū cū defectu annone: p̄me-  
rentur: sermone cū Totila habito certi tēporis indutias  
paciscūtur. Intra quod tēpus nisi ueniāt subsidia oppi-  
dum dedere p̄miserūt. ex hoc iam apparatus fiebant a  
Iohāne quidem ut illis opem ferret a Totila uerout

prohiberet. Inter hęc Belisarius ex Sicilia Hydruntum  
uenerat & Valerianū militesq̄ nouos a Iustiniano missos  
suscep̄at: itaq̄ copiaq̄ abunde erat. Nec deerant naues  
q̄bus ad liberādū obsidione soltos ueherēt. Omnibus  
igit̄ patris ac militibus nauibus ip̄positis Ruscianū nauiga-  
rūt. Obsessi uero classem cernētes: nā oppidū cello loco  
sitū mare p̄spicit: igit̄ letitia exultātes cōstituta die de-  
ditionē facere noluerūt. Nec multo post classis uento  
dissipata uariis in locis naues diuisit. Deīde cū ī Cro-  
tonis portu simul cōuenissent: rursus īde mouētes rus-  
ciam petierūt. Totilas cū appin̄qrēt naues Gothos ar-  
mari fecit: ac eos p̄ littus cont̄ pras nauium disposuit:  
hastis & sagittis appellere classem p̄hibētes. Quos cū  
uiderēt Gręci ac piculū horrerēt: cōmorati aliquo t̄pe  
iuxta littus quasi mox descēsurū: tādē re desperata cō-  
uersis retro prorsus abierūt. Consultantibus deinde quid  
agēdū foret p̄ obsessorum salute: placuit ut Iohānes &  
Valerianus cū eq̄tatu ac ceteris copiis in agrū Picenū  
p̄ficiscerētur: ibiq̄ bellū tumultuose inferret: quo To-  
tilas succurrere suis rebus ac obsidionē soluere cogeret.  
Belisarius aut̄ cū classe Romā nauigaret ad seditionē  
militarē de q̄ supra diximus cōpescendā ac frumētum  
classe cōuehendū. His in cōsilio decretis Iohānes ma-  
ture it̄ arripuit: p̄ Apuliā & Maros in picētes uadēs  
Valerianus classe deferri maluit. Itaq̄ nauibus delatus  
Anchone milites exposuit: ac se cum Iohānis exercitu  
cōiunxit. Nec ob eā tñ rē Totilas obsidionē dissoluit.  
Sed duobus eq̄tū milibus ī picētes missis: q̄ aduersus  
Iohannis Valerianiq̄ copias tuerent̄ oppida: ipse cum



reliquo exercitu in obsidione pmanſit. Obſeſſi uero cū  
penitus iam neceſſaria deficerēt: nec ulla ſpes auxiliū  
ſupeſſet: Deoſerū italicū & Godilā Thracē ad Totilā  
mittūt: ſalutē ac ueniā poſtulātes. Hi pter expectationē  
ſuā pfacilē totilā reppererūt uni ſe dūtaxat fedifragiū  
imputare dixit. Eiuſq; unius pena fore contētū ceteris  
oībus impunitatē concedere: ſi ſecū militare uelint: oīa  
ſua retenturis: Sin abire malit cū ſingulis ueſtimentis  
abituris. Per hūc modū oppidū recepit. Et Colaſerum  
pfectū pſidii qui auctor fuerat oppidi ſecūdū cōuenta  
nō reddendi: uerberatū prius ac mutilatū iterfici iuſſit  
Ceteris pmiſſa ex fide ſeruauit. Remāſit uero cū totila  
magna pars militū quo res ſuas retinerēt: Alii relictis  
armis & equis ac rebus ſuis oībus cū ſingulis ueſtimē-  
tis crotonē abierūt: Oppidanorū bona ī predā militibus  
ſuis totilas cōceſſit corpora tñ libera eſſe iuſſit: Per hoc  
tēpus Antonina Belifarii uxor biſantiū pfecta eſt: quo  
Theodorā Iuſtiniani uxore rogaret p belifarii ab italia  
reuocatione. Sed cū Theodorā pauloante defunctā eſſe  
repperiſſet: ipſa p ſe Iuſtinianū adiens multis precibus  
cum illo egit ut maritus ex Italia reuocaret. Et impe-  
trauit quidem faciliſter: pſertim cū belli Parthici timor  
ingens adeſſet. Ita belifarius Ex Italia reuocatus quī-  
quēnio fere poſtq; uenerat in Greciam rediit nō eadem  
fortuna fretus in hac ultima Expeditione: qua fretus  
fuerat in prima. Rome uero abiens tria milia delectorū  
militū in pſidio reliquit: ſub ductu & gubernatione  
Diogenis legati uiri prudētis & belloꝝ gnari. Eo abeūte  
Gothi Peruſiā longo tpe obſeſſam ui & armis ceperūt

Totilas expeditis calabrie apulieq; rebus ad obſidionē  
urbis Rome redire cōſtituit. Fatiebāt uero ſibi animos  
Belifarii reſceſſus: & ubiq; p Italiā pſpere Gothorū res  
grecoꝝ aduerſe: Contractis igit undiq; copiis cū ſatis  
parata eſſent oīa: Romā ueniens urbē obſedit. Erant  
Rome ī pſidio delectorū tria milia militū: cū Diogene  
eꝝ duce uiro ſingulari. Hi uigilādo & agēdo & oportu-  
nis locis repugnādo urbē q̄ optie tatabant. Itaq; in  
longū tēpus ptracta obſidio eſt nec ſpes ulla Gothis  
niſi in fame relictā. Durāte apud urbē obſidionē: Vigi-  
lius pontifex romanus qui tūc Biſantiū erat cūq; eo per  
multi ab Italia pſtantes uiri ſummo ſtudio: Iuſtinianū  
pcebāt: ut Belifariū cū in extimabili potentia in Italiā  
remitteret ad obſidionē urbis Rome diſſoluendā: Alio-  
quin res ad manifeſtam tendere ruinā oſtendebāt: Hęc  
eadem Godingus uir conſularis a po. ro. miſſus orator  
pcebāt: Iuſtinianus aut ſibi cure fore res Italie reſpō-  
debat: Ceterꝝ differēdo ac pcraftinādo nihil efficiebat  
Tandē uero cū acrius infeſtaret: Liberiū quēdā ex no-  
bilitate romana italico bello ducē pnūtiavit. Apparati-  
buſq; fatiēdis ab iitio uehemēs fuit. Mox aliis ſuper-  
uenietibus curis itermiſit. Itaq; irrita expectatioē inter  
moras & apparatus tēpus trāſiit. Roma interea durius  
obſidebat. Gothi enī expugnata Portuēſi urbe: ne quid  
p Tiberi ad obſeſſos iportari poſſet: effecerāt. Oppida  
quoq; finitima urbi fere oīa in poteſtatē ſuā redigerant  
ne q̄ ſubſidia inde Romā deferrēt. Sed erat legati &  
militū incredibilis diligētia. Iampridē enī hęc puidētes  
oīa intra urbē loca q̄ uacua edificitiis erāt frumēto cōferi



fecerāt. Ex quo factū est ut deficiente uetere frumēto nouū intra pomeria natū supueniret: p hūc modū lōgo tpe obsidionē ptulerūt. Deniq; seruaissent urbē nisi ad extremū pditio paucoꝝ eos puertisset. Ad portā enim quę est uia hostiensis q̄ ad beati Pauli ecclesiā itur statio erat militū Isauoꝝ. Hi post lōgā obsidionē questi iter se quod multorum annoꝝ stipēdiis fraudarent: simulq; grādia sperātes p̄mia clam ad Totilam p̄fecti tradere sibi eam portā cui presint paciscunt: tempusq; & modū ad rem patrādam cōstitūt. Cum uero nox cōstituta proditiōni aduenit Totilas hęc machinat. Duabus nauiculis in flumine Tiberi dimissis tubicines imponit: iubens ut aduersum fluuiū nauigātes sub ambitū muroꝝ penetrent. Cumq; ibi fuerūt: tunc repēte clangorē tubaꝝ q̄ terribilē emittāt. Ipse uero cū exercitu silētio profectus nō lōge ab ea porta de qua diximus cōsedit. Omnia succedere secundū Totile optata. Tubicines enim nauiculis aduecti cū ad eum locū uenissent terribili ac repētino tubaꝝ sonitu romanos pcusserūt: hostes ab ea parte abesse putātes. Et undiq; ad eū locū cōcursum est. Et qui uigilias circa urbem obibāt eo trepidi decurrerunt. Dumq; oēs concurrant ac cetera negligūt proditores soli relictī porta refracta Totilam & Gothos intra urbem receperunt: statimq; cedes fieri cepta est romanoꝝ & militū. Nec iam de resistendo sed defugiendo cogitatum. Fugiebant uero per diuersas maxime portas. Diogenes p̄fectus quoniam nulla remedia supesse uidebat cū parte militū Roma egressus Cētūcellas petere cōtendit. Sed Totilas hoc fore suspicatus

nam ceteris amissis id fere solū relinquebat oppidum: insidias eo itinere collocauerat in quas icidēs Diogenes magna pte militū amissa ipse grauit̄ uulneratus uix atq; anxie euasit. Erat Rome iter ceteros ductores Paulus ex Cilicia p̄fectus equitū turme. Is in hac t̄bulentissima nocte cū per urbem captā pluribus locis prelia iniisset: tādē ad molē Adriani cū suis equitibus se recepit. Orta demū Ince p urbē redūdantibus Gothis cū et capitoliū & exquilię ac cetera urbis loca iam capta esset: ad molem tñ Adriani uehemētissime pugnabat. Habebat enī Paulus equites quadrigētos cum quibus & molē & pontē qui iuxta ē egregie defendebat: pugnaq; ī ipso ponte cōmissa multos Gothoꝝ occiderat: ac demū ultra pōtē submouerat. Que cernēs Totilas suos a pugna reuocauit. Nullo meoꝝ sanguine mihi costet inquit hoꝝ interitus. Ego uel sedēs istos confitiā: cū nec ipsi nec equi habeāt quo in craftinū uitā sustentent. Ita reuocatis a pugna suis & stationibus militum cōtra pōtē molemq; positis nullas obsessis molestias inferri iussit. Paulus & equites diē illā totam: & noctē insecutā absq; cibo cōmorati postridie cōsultabāt: qd agēdū sibi potissimum foret. Erāt q; equoꝝ carnibus sustentandā obsidionem suadebāt: hoc rursus cōsiliū horrorē quēdā īsoliti cibi habere uidebāt. Fuge uero spē circūfusa Gothoꝝ agmina p̄cidebāt. Restabat deditio. Ea uero plena terroris ac dedecoris erat: itaq; Paulus suscipiēs uerba. Ut cūq; iquit nos uertamus commilitones extrema nobis adesse uidetis. Nā fuge quidē nulla facultas est: circūfusus hostiū copiis: ac nos impigre obseruātibus. Dedi



uero Gothis supra turpitudinem uilitatemq; consilii  
crutiatus in super excarnificationesq; portedit. Barba-  
roy enim seuitia simplici mortis genere contenta esse  
nō solet. Durare uero in obsidione ac cibo equoy pasci  
eorum forsitan esset: qui auxilia sibi uentura expect-  
arent. Nobis autē carentibus ea spe nulla ratio suadere  
hanc tollerantiam potest: nisi uilissima detractio mortis  
Ceu pueri formidolosi dolore confici malunt q̄ ferro  
secari. Ego uero dedi hostibus & tabescere inedia corū  
pato qui cor & sanguinem nō habent. At nobis manu  
strenuus & preliorum nō insuetis gloriosa mors est cō-  
plectenda. Sic enī moriamur ut sanguine hostiū madētes  
non multi cadamus. Nec rideat hostis nostro interitu:  
sed fleat: nec iugulum nostrū prebeamus hosti: sed eius  
iugulum ferro nostro pfringamus. Quid enim paucoy  
annorum accessio nobis prodesset cum etsi nunc seruati  
tamen paulopost simus obituri. Gloria extendere uitam  
hominibus potest: natura non potest. Ite igitur mecum  
ad gloriosam mortem quam ciues simul & hostes ad-  
mirabuntur: ac laudibus in celum ppetius ferent. His  
dictis incensi equites sese morti deuouerunt. Quare  
complexi sese inuicem & osculati certissimo moriendi  
proposito ad dimicandum se parant. Erat enim cōsiliū  
in proximam stationem Gothorum ruere: factaq; p  
magna hostium cede interire. Quos cum uideret Toti-  
las ad extremum casum parari: ueritus ne hominum  
desperatorum conatus maiorem q̄ pro numero cladem  
Gothis afferret caduceatore ad eos misso electionem  
permisit. Mallent ne relictis armis & equis incolumes

abire: an omnia retinentes secum militare equo iure  
cum aliis militibus. Ea cum audissent equites letati  
sunt: ac primo sua relinquere: & Bizantium abire  
malebant. Postea uero cogitantes longū iter & insidias  
uiarum: elegerunt omnes apud Totilam remanere: p̄ter  
Paulum eorum ducem & Mindum Isaurum. Hi duo  
quia natos & uxores domi habebant: abire maluerunt  
quos Totilas uiatico ac ceteris oportunis liberaliter  
adiutos Bizantium remisit. Alios quoq; ex presidio  
milites quot ad edes sacras confugerant. Totilas in-  
uiolatos esse iussit. In urbem uero Romā neq; deser-  
uiuit amplius: neq; desolare illā ut prius fecerat prexit  
Sed ciues tam ex Campanie oppidis q̄ ex ceteris locis  
studiosissime reuocauit. Ludosq; equestres ac cetera  
magnificentie opera que beatis tranquillisque ciuitatibus  
fieri consuerunt: insigni apparatu Rome edidit: quo  
ciues bonam spem susciperent: ac desiderio urbis alli-  
cerentur. Edes quoq; uel euersas uel incendio prima  
illa desolatione conflagratas restituere ac reparare  
nixus est. Deniq; tantum frequentādi Romam studiū  
ostendit: quantum prius ostenderat desolandi. Hanc  
tantam uarietatem mutationemq; uoluntatis: alii ex  
uoto apostolis facto prouenisse credūt: Quorum tēpla  
euertisse uideri poterat cum ciuitatem euertit. Alii ad  
utilitatem oportunitatemq; belli totum referebant. Alii  
postulanti nuper Totile regi Francorum filiam in ma-  
trimonium fuisse responsum tradūt. Non esse Totilā  
Italie regem cum urbem Romam euertit: qua infā-  
mia permotum ferunt ad urbem reparandam animum



conuertisse. Quacumq; deniq; causa factum: sit resti-  
tuere ac reparare urbem Romam conatus est. Post hec  
in Siciliam expeditionem parauit. Cuius rei gratia p-  
magnam longarum nauium classem effecit. Addidit  
etiam onerarias naues permultas. Dumq; ea parantur  
Centumcellas quę una urbs nondum in potestatem  
suam peruenerat mari terraq; obsidere constituit. Pre-  
erat autem ei urbi Diogenes. Quem nuper fugisse  
Roma ostendimus. Collegerat uero manum satis ua-  
lidam militum. Cum igitur Gothorum exercitus Cē-  
tumcellas adiisset: ac prope menia eius urbis posuisset  
castra. Totilas ad Diogenē legatis missis: uel pugna  
decerneret aduersus Gothos uel urbem dederet postu-  
lauit. Nam expectare a Iustiniano auxilium nequaquā  
eum debere cum Rome tandiu oblesse nunq; subue-  
nerit: nisi forte existimet illum Centumcellas pluris  
facere q̄ Romam. Ad hęc Diogenes respondit qui-  
dem pugna decernendum in presentia non uideri.  
Dedere uero urbem salua existimatione ac fide sua  
non posse. Nisi imperatore commonefacto: & auxiliis  
postulatis. Atq; ita cum iusta & honesta dicere uiderēt  
conuentio quedam fit inter Diogenem & Totilam:  
nisi Iustinianus imperator certior factus per se uel per  
alium opem tulerit: ad constitutam diem Centūcellas  
Diogenem esse traditurum. Totilam uero interea  
molestias nullas inferre debere: pro his obseruandis  
oblides dati. Post ita conuenta obsidionem Totilas  
dissoluit. Et paratis iam omnibus quę paranda fuerūt  
ad bellum Sicilie conuersus est. Et naues quidem

ad fretum Siculum presto ibi fore mandauit. Ipse uero  
pedestri itinere regium usq; profectus eam urbem ex-  
pugnare adortus est. Preerant urbi Theremundus &  
Imereus a Belisario dudum ibi collocati. Hi sepius  
expugnare conatos multis uulneribus Gothos reppu-  
lerunt. Quamobrem desperans Totilas ui posse urbē  
peruincere lenta obsidione ad famem redigere instituit  
Itaq; manu quadam Gothorum ibi relicta ceteram  
multitudinem classe ad expugnandum Tarentū duxit  
ac facilliter eam urbem cepit. Transgressas deinde  
in Siciliam cum minora quędam oppida uel ui uel  
pactione in potestatem suam redigisset tandem Si-  
racusas mari terraq; obsedit. Per idem tempus Gothi  
quos in picentes aduersus Iohannem & Valerianum  
missos ostendimus magnis supplementis acceptis ac  
superiores bello facti Ariminum cepere. Nec procul  
Rauenna conferto alio prelio uerum Erulorum ducē  
cum omnibus copiis interfecerunt. Et q; apud urbē  
regium obsidebantur. Teremundus & Imereus defi-  
tiente cōmeatu sese ac oppidū Gothis tradiderūt. Hęc  
simul omnia sub unum tempus Iustiniano nuntiata  
cum & regium & Tarentum & Ariminum capta &  
transitum in Siciliam Totile audisset Attonitus tot  
rerum motibus Germanum patruelem suum Italico  
bellog; Gothico ducem pronuntiauit: magnosq; sub-  
inde apparatus fieri iussit. Huius rei fama cum in  
Italiam delata esset. hostes conterruit: & amicos in  
spem maximam erexit. Erat enim Germanus uir alti  
animi nec minoris cōsiliū liberalitate egregia ac summa



apud populos militesq; gratia. Et accidebat his q; Mathafutā Theoderici neptē post mortē Vitigidis uxorem acceperat. Que quidem res fauorem Gothoz sibi plurimum conciliarat. Itaq; statim fama ingens maximaq; expectatio eius per Italiam erat. Cum esset iam in Ilirico Germanus: Sclauinorum gens transmissio Danubio Romani imperii prouintias inuasit: genus hominum crudele atq; immane qui cum se in Macedoniam Thratiamq; conuertissent: tantū Iustiniano metam intulerunt: ut Germanum iter in Italiam ceptum intermittere iuberet. Ea mora interueniente: Gothi per Italiam & Siciliam peruadendi omnia tempus facultatemq; plurimam habuere. Inter hęc dies constituta aduenit: qua Diogenes Centumcellas tradere promiserat. Et Totilas ad eum mittēs urbem poposcit. Diogenes uero Germanum ducem nouiter prefestum Italie belloq; allegabat. Ob id mutatam conditionem rerum: nec posse se urbem tradere asserbat: cum ipse Germanus rei dominus in itinere existat: ac prope diem sit in Italia futurus Totilas in Sicilia Siraculas obsidebat: exercitusq; Gothorum nulla repugnante per uniuersam Siciliam discurrens omnia predabat. In Italia uero Rauēna & Ancon & Hidrantū & Centūcelle cū aliis quibusdā oppidis durabant in partibus. Cetera omnia Gothi possidebant. uua modo spes homines sustentabat Germani aduentus que & ipsa defecit. Nam cum uehementer in Italia expectaretur morbo correptus magno cum dolore suorum in Ilirico diem obiit. Habebat

Germanus filios duos quos secum in Italiam ducebat. Eos imperator prolequi paternum Italie ceptū mādauit uua cū Iohanne Vitaliani noto iā per Italiā duce ipsorū affine. Nam Iohannes filiam Germani uxorem habebat. Itaq; Iohannes ac Germani filii exercitum ducentes Salonas peruenerunt. Et quoniam hiemps erat hibernare illic constituerunt. Primo statū uere Rauennam traiecturi. Per hęc ipsa fere tēpora Liberius a Iustiniano cum classe in Siciliam missus Siraculas ingressus est. Gothi stationem in portu habebant: prohibere ingressum nequaq; ualentibus. Sed mox ueritus rerum necessariorum defectum quē suorum multitudo in urbe obsessa breui tempore inductura uidebatur: abire constituit. Itaq; paucis post diebus cum eadem classe Siraculis abiens Panormum nauigauit. Inter hęc Iustinianus mutato rursus proposito Narsetem eunuchum italico bello ducem prefecit: illiq; pecunias & exercitum large permisit. Et Iohāni scripsit ne in Italiam traiceret: sed Salonis manens aduentū Narsetis prestolaretur. Narsetes igit suscepto impigre negotio magnas undiq; copias parare instituit. In quibus comparandis gratia eius ac potentia plurimum adiuuabat. Erat enim Archanorum imperatoris omniura cōsciū ac moderator pmagnasq; amicitias & clientelas cum regibus proceribusq; Barbarorū habebat. Appatibus factis & copiis in Ilirico sibi adesse iussis cum ipse ingressus iter Philippolim que est in Thratia iam puenisset cōsistendi ac morādi in ea urbe necessitas incubuit. Hunni siquidem magno





exercitu Macedoniam Thraciamque ingressi cuncta populabant ac uias p̄cluserāt. Tandem uero cum pars Hunnorum una Thessalonicam : altera Bizantium petiisset: p̄fectus inde Narses iter suum prosequutus est. Iam Totilas cognito apparatu hostium in Italiā redierat. Siciliensi autem bello quattuor ex ducibus suis p̄fectos reliquerat. Ipseque oportuna uidebantur per Italiā prouidebat : ut uero & ipse potentiam suā aduersos Grecos ostentaret; ac uiceuersa eos inuaderet classem magno nauium longarum numero in Grætiā misit : iubens ut q̄ maximo fieri posset tumultu cūcta popularentur. Ea classis Corciram primo ac proximas insulas dirripuit. Mox incontinentem transgressa p̄ Cyprum & Acarnaniam & Etholiam cūcta incēdus rapiensq̄ fedauit. Mareque obseruans multa Græcorum nauigia que in Italiā Illiricumque nauigabant excepit totumque mare infestū & inutile nauigantibus reddidit. Dum hæc p̄ Grætiā a Gothis geruntur. Totilas nouo exercitu in Picentes misso. Anthonē terra marique ob- sideri mādauit. Duces uero p̄fecit huic expeditioni tres. Scipuarē & Vlidad & Gothidulum quibus etiā classem attribuit nauium longarum quadragintaseptem. Obsessa igitur Anchone ac terra marique oppugnata maximo in periculo ea ciuitas uersabatur : quō obrem Valerianus qui Rauenne preerat quoniā per se ipsum succurrere obsessis desperabat posse Iohannē uitaliani q̄ Salonis erat: p̄ litteras hortatus est ad opē simul ob- sessis ferēdā iohanes uero etsi mādātū sibi a Iustiniano fuerat : ante Narsētis aduentū in Italiā ne traiceret:

tamen in tanto sortioꝝ piculo minime sibi quiescendū ratus milites e toto exercitu delectos nauibus decēet/ octo imposuit: p̄fectusq̄ Salonis Rauēnā uersus nauigauit. Ei nauigati obuiam processit Valerianus cū. xii. logis nauibus q̄ optime ad pugnā structis. Collocut iter se duces & que optima factu uidebāt cōmuni consilio decretis tota simul classe ad hostem nauigarunt. Cūq̄ anconitane urbi pp̄inquassent littori applicuerūt ī loco quē duassum icole uocat. Quod postq̄. senserūt Gotho rū duces & ipsi se ad pugnā cōpantes delectis militibus naues suas cōpleuerūt. Cumq̄ satis structi patigessent p̄gressi aliquāto aduersus hostes sese pugne obtulerūt. Erant Gothoꝝ naues quadragintaseptē. Græcoꝝ autem triginta. Duces uero classis Græcoꝝ Iohānes & Valerianus. Gothoꝝ autē Vlidas & gotildus. Nam Scipuar cum reliquis copiis ad tuēda castra remāserat. Hortati igitur utriq̄ suos & ad spem uictorie militari oratione animis militum incensis ex cōposito conflixerūt. Statimq̄ ab initio pugna fuit acerrima : obuiā cōcurrētibus prois & omni nixu sese mutuo puadētibus magnisq̄ utriq̄ animis res gerebatur. Nec quisq̄ erat in tanto numero segnis. Sed & sagittis & contis & gladius tanq̄ in pedestri pugna certabat. Procedente uero certamine Gothoꝝ classis deteriori loco esse cepit. Pugnatores enī quis egregii tamen rerum marittimarum experiētia nō habentes se ipsos conturbabant. Naues quibusdā locis simul plures conglobate sese mutuo impediabant. Alie hoc ipsum uitantes separate a suoꝝ tutela circūueniebātur ab hostibus: græcos uero sciētia ac disciplina reꝝ



naualium plurimum adiuuabat. Seruati ordines nulla conglobatio: nulla extra tutelam suorum separatio conspiciebatur. Itaque ut par fuit: tandem superiores pugna Græci fuere. Submersæ aliquot Gothorum naues cum ipsis pugnatoribus & nautis perierunt. Multe expugnate incredibili cede capiunt. Quod cum uiderent Gothi fugam demum arripuerunt. Decem tantummodo Gothorum naues integre refugerunt ad littus. Ceteræ uel capte uel submersæ sunt. Virorum autem & in prelio & in fuga plurima strages fuit. Qui ad terram refugerant Gothi crematis confestim nauibus ne illis potiretur hostis in castra redierunt. Ibi trepidantibus cunctis placuit obsidionem dissoluere. Ita prope desertis castris Auximum se receperunt. Iohannes & Valerianus cum uictrice classe summa letitia & incredibili Anconitanorum gaudio portum ingressi hostium castra inuadere properabant. Sed deserta reperientes omnem comitatum qui illic erat in urbem deferri fecerunt. Ipsi autem paucis post diebus abeuntes Valerianus Rauennam: Iohannes Salonas reuersi sunt. Hæc pugna uehementer fregit Gothorum animos & quasi initium fuit eorum ruine. Totilas enim hac percussus plaga magnam copiarum partem ex Sicilia reuocauit. Itaque Artauanes Iustiniani dux qui Liberio successerat classemque ab eo susceperat potentior per Siciliam factus non solum liberauit obsidione lotios: uerum etiam Gothos pluribus locis pro oppida obsedit. Nec multo post Chrotomatas longa obsidione Gothorum laborantes classis Græcorum insperato superueniens liberauit ac hostes multa cede profregit

fugientium Gothorum pars tharētum percussit pars Scylleum in montem se proximum recepit quequidem res superiori cladi adiuncta multo magis profregit Gothorum animos prosertim cum de aduentu Narsetis in Italiam de quo eius apparatibus multa crebri rumores circumferrent. Ac defectio nes quedam iam tunc fieri cepte sunt aduersus totilam Regnaris quidem uir inter Gothos clarus qui tarēto preerat & morras qui acherusie cum oppidis que custodiebant & cum militibus qui erant in presidio ad Iustiniani partes transierunt. Et motus quidam in Sardinia aduersus Gothos fieri nuntiabat. Cum hæc esset conditio rerum per Italiam Narsetes coactis per hiemem copiis ad iter se comparauit. Habebat uero exercitum tantum quantum uix alii simul omnes duces in Italiam hoc bello adduxerant. Pecuniis enim abunde a Iustiniano concessis ipse etiam in erogando & largiendo magnificus non solum ex Thracia & Grecia uerum etiam ex aliis locis copias ingentes contraxerat. Nam & Longobardorum supraquinque milia pugnatissimorum hominum aluino rege concedente susceperat & erulorum tria milia ad eum uenerat Hunnorum quoque multitudo ingens confluxerat. Preterea cumades persarum manu ad eum uenerat. Et assuades pugnacissimus adolescens cum quingentis bellatoribus Gepidarum gentis. Et Iohannes cognomento fagas cum Græcorum Thracumque exercitu preterea Iohannes uitaliani suum ac filiorum germani exercitum illi coniunxerat. Has igitur copias habens Narsetes ut primum aduentare uer cepit. Ex illirico palmatiam & Liburniam circuito maris sinu pedestri itinere in Italiam transiit: primoque ingressu in uenetis constitit. Due

*Narsetis aduentus*



erāt uie quibus ex uenetis p̄ficisci cōmode ualeret una  
secus adriaticum mare altera p̄mediterraneā regionē  
utraq; difficultates plurimas habere uidebat. Nā secus  
mare atthesis stagna facit que pluribus fossis in mare  
egerūt. Et padus in plura ut ita dixerim flumina diui  
sus multis in locis interrūpit iter locaq; pleraq; sunt im  
pedita ac palustria ut sine maxima difficultate exercitus  
traduci non possint Et a mediterranea regione Teias  
uir Gothus cū magnis copiis a Totila Veronā missus  
transitū a Thesis padiq; p̄cluserat. Nec enī duo flu  
mina ex alpibus que Italiā a Gallia & Germania sepa  
rāt discurretia in mare adriaticū deserūt Itaq; ex uene  
tis p̄ficisceti necesse est ea transire uel iuxta maris lit  
tus ubi stagna sunt & paludes pluribus fossis mari  
egesta & padū ora inter Reuennā & fossas clodias plu  
ra interrūpant uel a mediterranea regione ubi eadē illa  
flumina magna & integra sunt transmittēda & si quis  
repūgnat faciliter p̄hiberi transitus possit Cū igit̄ Ve  
rone que ciuitas est sup̄ atthesi fluuio esset Teias habe  
retq; copias ad p̄hibēdū sufficiētes Narses omissio me  
diterraneo itinere uia plittus adriatici maris elegit qm̄  
illa hostibus carebat & erat alloquin breuior. Prefectus  
ergo per Clodianas fossas & adriaticū agrū p̄tibus e  
nauib; ubicūq; flumina & aque interrūpebant factis  
Rauennā cū omnibus copiis tandē p̄uenit Ibi Valeria  
nus & Iustinus duces cū suis insup̄ copiis Narseti cō  
iungūt. Erāt uero per Italiā ueterani milites permulti  
quibus stipēdia lōgi tēporis debebāt: & ob hoc iufensis  
mentibus expeditiones obibant Huius omnibus Narses

stipendia persoluit animosq; illoꝝ sanauit atq; erexit.  
Huius confitendis ac recreādo exercitu nouem diebus  
rauēne cōmoratus demū inde mouēs romā petere cō  
tendit. Vsdrilas per id tempus arimino p̄erat uir inter  
gothos bello insignis. Is cum in agrum areminensem  
p̄uenissent p̄ma narsetis agmina transitū eoz; īpedire  
conabatur. Amnis qui preterfluit ariminū imbribus  
creuerat. Pons uero sup̄ eo amne ita sub ipso oppido cō  
sistit ut faciliter īpediat Egressus igit̄ Arimino V  
sdrilas cū exulteriori ripa repugnaret nō multi tamē iā  
flumē transissent pugna nō lōge a menibus oppidi cō  
mittit̄. In qua Eruloꝝ qdam eques cominus pugnans  
Vsdrilam occidit: militesq; eius morte ducis cōterriti  
in oppidū trepidi refugerūt Caput Vsdriale ad Narsetē  
relatum est Narses uero letatus augurio quod p̄mo in  
gressu princeps aduersarius a suis īterfectus esset: spe  
bona plenus iter cōfitebat Licet enim arimini capiēdi  
certissima facultas adesset tamē circa id cōmorari no  
luit ne tātās copias inobsidione unius oppidi distineret  
Itaq; Ariminū p̄tergressus iter suū p̄sequutus est. To  
tilas uero cognitis huius que in uenetis gesta fuerunt &  
transitu aduetūq; Narsetis ad urbē Rauennā ītellecto  
quāq; copie sue fere omēs apud Teiam erant tamē ipse

Hoc in locō manifestū fragmētū cernitur Nam preter  
missa est pugna inter Narsetem & totilā in qua Totilas  
ipse occubuit Quod nestio an exēplaris acciderit uitio  
an potius auctoris qui forte huius rei cognitionem ha  
bere non potuit.



*hinc rex gothorum  
deligit*

Gothi quicūq; ex plio au fugerunt padū amnē trāsgressi  
Papie & circa ea loca constitere Ibi cū de nouo gentis  
duce cogitarēt Theias oīm iudicio platus rex Gothoꝝ  
deligit: factus per hūc modū rex thesauros quos To-  
tilas Papie congesserat illico suscepit ac reparare uires  
exercitū cogere arma tribuere: equos largiri & omnia  
impigre obire nō destitit Ad francos etiā mittere eosq;  
pellicere in societate belli. Hęc audiēs Narses Valeri-  
anū cū suis copiis circa padū quasi ī custodia esse iussit  
ne metu dempto Gothi licētius uagarēt Ipse uero cum  
reliquo omniū exercitu Romā petiit In itinere Narniā  
ultra se dedentem suscepit Spoletinis milites concessit  
qui p̄sidio sibi forent donec eorū mēnia dudū a Gothis  
euerſa reficerent. Misit quoq; Perusiā qui deditionem  
postularēt Erāt Perusie duo p̄fecti militū Meligedius  
& Vlitus. Hi discordes iter se plurimū differebāt Me-  
ligedius enī dedere urbē cupiebat Vlitus uero cōtius  
p̄ditionis & cedis quā dudū Cypriani efficerat repu-  
gnabat penā meritā reformidās Ita seditione orta Vli-  
thus interficit Perusiāq; a Meligedio Narseti tradit  
Narses post hęc Romā p̄fectus urbē obsedit. Conditio  
uero urbis Rome per ea q̄dem tempora hęc erat Ciues  
superioribus calamitatibus afflicti non ad modū multi  
in urbe uersabāt. Solitudo nōnullas uias totas habebat  
edifitia pluribus in locis collapsa: aut cremata cernebā-  
tur. Neq; enī Totilas reparationi suffecerat: presertim  
ciuibus exinanitis ac maxima ex pte deletis. Itaq; Go-  
thi magnitudinē urbis tuēri posse diffisi locū delegerāt  
nō magnū iuxta sepulchrū Adriani quē egregie uallo

fossaq; munitū ad cetera mēnia cōiunxerāt. Congestisq;  
in eū locū rebus suis illo p̄ arce ac p̄sidio utebant. Nec  
tamē custodiā urbis deseruerāt sed eā quātū poterāt tue-  
bant Narses igit cū expugnare urbē statuisset pluibus  
simul locis mēnia aggressus est Concurrētes uero ad ea  
loca Gothi de mēnibus repugnabāt Dū ista fiūt ac ge-  
runt milites quidē Narsētis remotiora petētes loca cū  
ibi solitudo esset scalis mēnia cōscēderūt. Inde clamor  
factus captam urbē ostendit Cothiq; omīssa defensione  
alii Portuēsem urbē fuga petierūt: alii ad sepulchrum  
Adriani in arcē se receperunt. Per hūc modū Narses  
Roma potitus est: Arcē uero tūc obsessam haud mul-  
to post tēpore pactione recepit Erāt in cāpania nōnulli  
patricii generis quos p̄pter maiorē auctoritatē & gratiā  
Totilas ī urbē redire nō passus fuerat Alii p̄terea exor-  
dine senatorio quos ut suspectos Gothi eomiserāt. Hos  
omēs cū filiis & agnatis eorū Gothi interfecerūt Trece-  
tos insup adoleſcētes Romanos Totilas quasi milites  
delegerat reuera autē obsides abduxerat & trāspadum  
in expeditionē miserat Qui omēs postq; Roma in po-  
testatē Narsētis deuenit a Gothis interfecit sunt. Per  
idē tēpus regnaris qui Tarento p̄erat cū theiam factū  
regē francoſq; in societate uētuos audisset: penitentia  
ductus quod ad ptes Iustiniani transisset ad Gothos  
redire statuit Vt usro obsides reciperet suos hęc machi-  
nator Ad macuriū p̄fectū Hydrunti mittit & auxiliū  
poscit aduersus Gothoꝝ copias quas cōtra se uenturas  
cognouisse simulauit Macurius autē nihil fraudis sus-  
picatus quinquaginta milites ad eū Tarentū misit quos



regnaris statim in carcerē cōiecit & macurio scripsit si  
milites suos uelit obsides eius quos penes se habebat  
reddat Hęc audiēs Macurius cōturbatus est: paucisq;  
militibus in p̄sidio Hydrunti relictis ipse cū ceteris co  
piis aduersus Regnaridē profectus est Regnaris uero  
nihil moratus milites quos acceperat omnes occidit  
egressusq; Tarēto aduersus Macuriū p̄lio cōmissio su  
perat: multisq; suorū amissis ī fugā cōmittit qui cū Ta  
rentū redire neqret omībus uiis p̄clusis acherusiā se  
recepit Narses inter hęc portum missis eo copiis obse  
dit ac tādē recepit Post hęc cētūcellas eodē modo ag  
gressus in potestātē suā reduxit Teias uero francoꝝ gē  
tem sollicitare ac in societātē asciscere non cessabat Et  
modo pecunias modo p̄ticipationē dominationis p̄ Ita  
liam polliceri: sed franci iā pridē cōstituerāt se huius  
modi bello non in miscere Itaq; Gothoꝝ spes in irritū  
cecidērūt Totilas dum uiueret pecunias regias partim  
Papie cōgregauerat p̄tem etiam non paruā cumaq; in  
arce se posuerat eiꝝ arcī fratrē suū p̄fecerat Id cum in  
tellexisset Narses p̄tem exercitus misit ad obsidendū  
cumas Ipse uero cōsistens reparare urbē ac frequētare  
conabat Ne uero Gothi qui erāt transpadū succurrere  
nel cumis uel aliis locis possent Iohannē Vitaliani &  
Filimuntē cū eoꝝ copiis in Etruria cōmorari iussit: qui  
conatus hostiū p̄mi exciperent ac retunderēt At enim  
Teias ubi sensit cumas obsideri ferre opē cōstituit hīs  
qui obsidebantur Profectusq; ex oppido Papia magnis  
transuersisq; itineribus ad littus superi maris duxit In  
de per Picētes & Marlos in cāpaniam puenit Quod

postq; Narses intellexit Iohannē cū exercitu ex Etru  
ria reuocauit Ipse nero Narses cum hīs aliisq; copiis  
p̄fectus certissimo cōfligendi p̄posito cāpaniam petiit  
Vesuius est cāpanie mons per cuius uerticē caligo &  
flamma quandoq; euomit In radicibus uero eius mōtis  
fontes sunt dulciū aquarū fluiuiusq; ab hīs fit qui Dra  
cō appellat fert autē nō p̄cul nuceria urbe habet autē  
is fluminis latitudinē exiguā p̄funditatem uero ita ma  
gnā ut neq; pediti neq; equiti sit transmeabilis Circa  
eum fluiū ambo exercitus cōstituerunt castra habentes  
Narses quidē citra flumē Teias uero ultra Medius  
inter utraq; castra fluens amnis decurrebat Pontē qui  
unicus iungebat ripas Gothi occuparāt Itaq; in eorum  
potestate erat pugnā uel detractare uel in ire Duobus  
mensibus in hīs locis exercitus cōmorati sunt Cū intri  
cupienti Narseti & suis cōserendi manus nulla faul  
tas esset Tantū ad ripas utriꝝ ueniētes sagittis & telis  
se plurimū feriebant Cōmissa sunt etiam per id tēpus  
multa singularia certamina ex puocatione Hinc inde  
facta Transgressiq; pontē Gothoꝝ milites cū Narsetis  
militibus singulari certamine depugnabāt Mare satis  
erat p̄p̄quū classēq; ī mari habebāt gothiq; frumētū  
ceteroꝝ conmeatū in littore exponebat Inde in castra  
deferēbat Sed postq; Gothoꝝ classis p̄ditione amissa  
est: nec ampliūs mari cōmeatus facultas haberi poterat  
eo defectu cōpulsos Gothos necessitas compulit castra  
mouere Itaq; deserto pōte & circa amnē loco in prox  
imū inde moutē quē lacteū incolē uocāt abierunt hos  
secutus Narses cū eos in uadere p̄pter asperitatē mōtis



nequiret circa radices eius montis confedit Gothi autē  
cū nihilominus in eo loco penuria rerū p̄merētur statue  
runt prelio decernere. Structaq; de superiori loco acie  
hostes nihil tale suspicantes repente adhorti sunt. Hic  
nec struendi aciem neq; milites alloquendi spaciū fuit  
cōcursum est ab hominibus ut fors tulit. Et quia Go  
thi relictis equis pedestri acie pugnabāt Narsetis quoq;  
pedestres occurrerunt. Atrox pugna & ubiq; cruen  
tissima fuit Gothi enī desperatione opstinate certabant  
Narsetis uero milites consciencia multitudinis cedere  
erubescēbāt. Presertim cū eos per superiores dies de  
serere prima castra conpulissent cū in montem refugos  
pene obsedissent his rationibus utriq; incense fortiter  
dimicabāt. Non p̄teribo in hac pugna in signe theie re  
gis Gothorū factū Ille enim Heroica quadā fortitudi  
ne p̄ditus inter primos pugnatōres esse uoluit. Erat  
autē Sagulo armisq; egergie cōspicuis. Sinistra scutum  
dextra pilū quatēbat. Aduersus hūc congressi plures  
ab eo interfecti ceciderūt Itaq; in eum tela undequaq;  
uolitabāt Ille mirabilia fortitudinis opera edebat uigo  
re animi ac robore corporis in credibili. Cum tandē in  
scuto eius p̄ multa pila in fixa cohesissent atq; ob hoc  
uersare scutū impediret stans ad hostē cōuersus aliud  
sibi scutū afferri clamitauit nominatim uocās armigerū  
suū a quo scutū afferri iubebat. Id ubi allatū est p̄ore  
dimisso scuto nouum assumpsit. In hac mutatione scuti  
letaliter uulneratus a uolitate telo cū multū sanguinis  
effunderet nihilominus fortissime pugnans nūq; pedē  
retulit nūq; frontem ad suos deflexit sed in hostem

cōuersus continuo dimicās ad extremū in faciē corruit  
Erat fere sexta diei hora cum Theias occubuit. Gothi  
tamē ob regis mortem nequaq; deterriti usq; ad noctē  
pugnauerunt nūq; pedem referentes. factis deniq; te  
nebris pūgna cessauit. cū primo solis ortu cepta fuisset  
Ea nocte utriq; armati steterūt utq; dies apparuit rur  
sus in pūgnam reditum est et nūq; ad solis occasū cū  
magna strage utriusq; partis dimicatū. Tandem uero  
Gothi ad Narsetem oratoribus missis uelle se italia ex  
cedere obtulerunt si incolumes abire asportareq; sua  
permittantur. Sin hec sibi non p̄mittat Narsetes q; diu  
uiuant tam diu pugnare non desituros esse. Que cū  
itellēxisset Narsetes in cōsilio re discussa illis p̄mittere  
decreuit. ne aduersus dispatos homines magno suorū  
detrimento uictoriam adipiscatur. Inter hec ad mille  
equites ex Gothorū castris aufugerāt magnisq; itineri  
bus papiam et alia trāspadum oppida petierūt. Reliq;  
autē federe cum Narsete isto sua priuatim asportantes  
Italia excedere ac nūq; aduersus Romanū imperium  
bellū gerere promiserunt libertate tamen retenta sine  
ulla Romani imperii sabiectioē. Quo facto Cumas ac  
cetera que superāt oppida Narsetes recepit. Finisq; fuit  
anni Decimoctauū huius belli

Hunc libellum Emilianus de Ursinis Eulginas  
& Iohannes Numeister theutonicus: eiusq; sotii  
feliciter impresserunt Fulginei in domo eiusdē  
Emiliani anno domini millesimoquadringētesim  
oseptuagesimo feliciter.

Theias occubuit

18 annis









